n ¶Oleum ad vulnera que in pedibus fiunt quaſi incurabilia que homines communiter habent. et illa vulnera habent foramina profunda illud oleū ſic fac. Recipe lignum iuniperi. et incide in partes minutas. et recipe ollam vnam et fode in terram. et pone ſuper eam aliā ollam multis foraminibus perforatam in fundo. et loca eaꝫ ſuper illaꝫ in terra ſepultam loco cacabi. et impone i eaꝫ partes de iunipero inciſas. et ſic tunc circūlinias ollas cum luto ſapientie. et pone ignem fortem in circuitu ollarū:et ſic ſtillabit oleum quod valet aurum et argētum. et precipue ad vulnera predicta ſananda.

o ¶Si alicui clauus ferreus vel ligneus vel quodcūqꝫ aliud acutum ad pedem intrauerit hoc ſic curabis. Recipe ſaxiſragiam. et contunde. et pone ſuper locum in quo ſit talis clauus. Idem faciunt flores fabe ſuppoſite aut ſtercora murilegi. et exibit clauus ferreus vel quodcunqꝫ inſtrumentum fuerit in ipſa carne.

p ¶Contra pruritum magnum cum lixiuio ex vitibus paruis vnge loca fricando. et ſanaberis ſine dubio vl' vrtice decocte cum vino et colate per panniculum in balneum corpus tali brodio illinitum fricando ceſſat. Sed prius liniatur quando ſudari incipiat.

q Si teluꝫ vl' ſagitta fuerit in pede. et lignum nō eſt excerptū excipiat̄. per te. et ſi ad vtrāqꝫ partē vulnus penetratum fuerit. tunc debes laborare per illud foramen tētam extrahere ſicut in vulneribus vſus eſt. ita vt attingat vna tenta aliam. et ſanetur ſicut et alia vulnera.

r Si vero tam profunde fuerit intrinſecuꝫ ꝙ excipi nō valeat. tunc recipiat̄ gentiana. et dꝫ poni ad foramen vt fiat vulnus amplum et foramen magnuꝫ vt ſagitta eo facilius exire poſſit ad hoc capiatur apoſtolicon magnuꝫ dimergans. Steinvuorcꝫ. et polipodiū et contunde bene adinuicem. et ex illo fac emplaſtrum et pone ſuper vulnus et extrahetur ſagitta.

¶Aliud emplaſtrum.

ſ Et ſi tale vulnus fixum aut profundum multum cruētauerit. Accipe thus album ſanguinem draconis vinum nigrum fel vnd plutſtein. ideſt lapidis ematitis: hec omnia

UVA. BHSC. IyR_173_2

hec omnia contunde inſimul:⁊ fac emplaſtrum cum cla-
ro oui:⁊ illud confectum ſuper ſtupas ponatur ⁊ vulne-
ri applicetur.
t Contra vulnera fluentia ⁊ doloꝛoſa. Recipe anguillā
⁊ excoque ⁊ accipe pinguedinem ⁊ cōſerua in mūdo vaſ
culo:⁊ excoque gallinam non intingendo cum aqua pin-
guedinem ⁊ congrega ipſius pinguedinem ⁊ accipe ſuc-
cum ſaluie:ruthe:abſinthi:⁊ marubij:⁊ mente ſilueſtris:
⁊ tempera inſimul : ⁊ vnge quando vis cicatricem ⁊ ſa-
nabitur.
u Unguentum bonum ad ſanguinem retinendum: vbi
fuerit vena inciſa. Confice thus:⁊ aloe:adinuicem ⁊ ad-
miſce clarum oui hanc temperationem optime commi-
ſce:⁊ ex illa fac emplaſtrum donec vene ⁊ vulnus adinui-
cem claudentur:⁊ hoc fiat donec vulnus ſanabitur in to-
to ſemper emplaſtra noua pꝛeparando.
x Contra putridas carnes ⁊ moꝛtiferas. Recipe argil
lam de foꝛnace bene concrematam:⁊ tempera cum aceto
⁊ appone cucumeres equaliter ſumendo:⁊ ſine vt buliāt
⁊ tunc cola per panniculum hoc facto recipe tertiaꝫ par
tem illius cocti ⁊ permiſce cum oleo ⁊ fauo mellis ⁊ vte
re bis vel ter ⁊ ſanaberis.
y Contra inflaturam faciei vel alias vbicunqꝫ. Recipe
ſcabioſam ⁊ decoque eam vſqꝫ ad conſumationem mo-
dice aque:⁊ cum hac aqua madida bene inflaturam pan
num intinctū ſuperpone inflature p̄dicte quo ſiccato ite-
rū madida ⁊ fac ſicut pꝛius ⁊ in triduo ſanaberis.
ʒ Contra ſtruma que in collo generatur. Accipe ſucum
raphani:ſal:vinum:acetum.⁊ confice totum in ſmigmate
in aliquo vaſe ⁊ mittas ita per noctem ſtare illo vnge
apoſtema ſeu ſtrumam ⁊ decidet peribit illa ſtruma ſi ſe
pius hoc feceris.
⁊ Contra panaritium hoc eſt quando quedam puſtule
albe in circuitu vulneris generātur hothonice: pyʒimie.
Recipe aſſungiam antiquam non ſalſam ⁊ vermes quoſ
dam qui multos pedes habent ⁊ ſunt oblongi ⁊ par-
ui ⁊ ab aliquibus centipedes vocantur ſeu appellantur
hos vermes contunde valde bene cum aruina antiqua ⁊
emplaſtra ſuper doloꝛem.
ꝯ Ad ſolidandum oſſa confracta. Accipe lumbꝛicos vē
tris ⁊ contere in puluerem et commiſce puluerem de lū-
bꝛicos factum cum oximelle : et emplaſtrum inde fac et
oſſibus fractis ſuperpone et mirabiliter conſolidat oſ
ſa confracta.
ꝝ Unguentum contra omnia vulnera quod cito gene-
rat carnes et replet. Recipe de oleo oliue quattuoꝛ loth
faui mellis.iij.loth gummi arabicum et thus verum de
quolibet.i.loth.et molle ſicut farinam et miſce ſimul to-
tum:et liquefac ſuꝑ ignē modicum:et moue continue in
olla ne cōburet:et operare illo vnguento quando vis.
aa Contra inciſionem cerebꝛi vel iecoꝛis vel viſceris.
hec eni oia ſunt moꝛtifera et inſanabilia. Si vero inteſti-
num magnum aut ſtomachus inciſus fuerit hunc debeſ
cōſuere filo ſericeo et ſubtili:et ſeminētur ſuper talia vul
nera pulueres rubei de quibus patet alibi hoc facto cu-
rant vl̄nera hmōi herba ſanguinaria cuꝫ ſaluia:et ſi nol-
lent curari:tunc cerebꝛum eſt inciſum hoc taliter conſide
rare debes ꝙ vulneratus rationem perdet:et oculi eius
rubei erunt omnia quecunqꝫ comedet non valebit retine
re. Et non poterit ſedem habere lingua eius magna effi-
citur:et palpat ſuper caput et laniabit emplaſtrum de ca
pite ſuo.
bb Contra offenſionem capitis que fit multipliciter.
Aliquando enim cerebꝛum penetrat:et aliquando ſolum
cutis offenditur et inflatur cerebrum vulneratum, et in-
ficitur modo ſi cerebꝛum vulneratum erit:tunc videri be
ne debet ne oſſa eſſent in vulnere: hoc facto excipiantur
et imponatur ad vulnus eius ſericeus panniculus. Si
vero ſericum non habetur:tūc panniculus alius ſubtilis
et paruus. Et idem panniculus illiniri debet pꝛius mun
do lardone pꝛo eo vt tertio die facilius de vulnere exci-
piatur:poſt hoc videri debet vtrum cerebꝛum fuerit in-
ciſum et vulneratum:quia ſi cuꝫ claro oui ſupponeretur:
tunc ſiccaretur in vulnere et aſſumeret cerebꝛum ſecum:
et ex illo homo moꝛtem intraret. Ideo debet panniculus illiniri quin facit ipſa putrefieri et immundiciam ef
fluere ab eiſdem.
cc Nota ꝙ pꝛius vulnera ſingulis diebus bina vice de
bent ligari:et hoc cito facere non pꝛolongando et pꝛimi-
tus leſus non debet ſpaciari nec deambulari:et cum taꝫ
ipſa vulnera ſaniem ceperint:tunc ſemper mundus pan-
niculus debet imponi ipſis vulneribus quia per hoc ſu-
bito curātur ⁊ ſuccreſcent.
dd Si aliquis homo ceciderit ſuper caput:ita ꝙ collū
ei incuruatur:et poſt hoc loqui non poteſt. Illa ſtatim os
aperiatur et ponatur lignum inter dentes eius ne clau-
dere poſſit.et debet calcare ſuper humerum eius et tra-
here caput eius foꝛtiter vt ad locum pꝛioꝛē caput ⁊ col
lū ſituet. poſt hoc vngatur dialtea et ſanabitur a timoꝛe.
¶ Iſta reſidua deficiunt in aliquibus marginibus figu-
re pꝛecedentis vbi conſimiles littere alphabeti compꝛe-
henduntur.
A Tunc excipiatur:et poſt hoc curari debent ſicut pꝛe
ſcriptum eſt de ſanatione vulnerū et conficiatur empla-
ſtrum de apoſtolicon et ponatur ſuper vulnus. quia iſtō
extrahit totam immundiciā de vulnere et cito curabit.
B Et pone in aquaꝫ et permitte per quattuoꝛ dies ſta
re et ſi vis potes calamentum apponere modicum.et ſic
infunde in ſaccum et expꝛime ſuccum illuꝫ.et accipe mal
uam campeſtrem.et coque ſimul cum omnibus ſupꝛadi
ctis herbis in butyro et cola per ſacculum. et tunc reci-
pe ceram et reſinā.et galbanū.et liquefac omnia inſimul:
et tunc cōmiſce cū omnibus ſupꝛadictis.
C Aqua intinctū et decoctū in lentibus ita calidū vt cū
lingua canis exptū eſt:qꝛ attrahit ſtatiꝫ materiā. Si fue-
rint rubee inuoluantur in pannū rubeū circa oculos tm̄
vtere repercuſſiuis ſeu recuperatiuis ne exeant per ocu
los:et circa gulam cum gargariſmis.
D vetere et reſinā:ſeu picē albā caſtoꝛeū nouū recēs. et
oleū oliue.et accipe medullā cerui vel equi iuuenis et vi
num vel acetū coctana ſi habere poterit.et hec oia ſimul
contunde valde bene.et poſt hoc pone in mundā ollā. et
cum aceto vel vino bene decoquas ad bonā hoꝛā.et tunc
per pannū expꝛime.et in pixidē pone.et ex hoc mane et
veſpere locū doloꝛoſū vnge bene.
E Quod in vulnere continetur mali.et poſt hoc infun-
de ſed modicū vinū ad vulnus:qꝛ illud mundat vl̄nera et
putrefieri non permittit.
¶ Unguētū ꝯtra ſiccitatē mēbꝛoꝝ. Qn̄ aliqđ mēbꝛū exic
cat in hoie ſic cōficiat. Recipe. Cattū integrū et impone
ad vnā aucā et aſſa aucā vna cū catto et pinguedinem q̄
inde ſtillauerit collige et ſerua.et cū eodē mēbꝛa q̄ exicca
ri incipiūt ꝑunge. Si vero totus hō exiccat ſeu oia mem
bꝛa hois. tūc recipe cattulos iuuenes et excoque eos in
caldari et ſic ille humectetur in caldari illo ſeu in bꝛodio
in quo cattuli ſunt decocti et ſanabitur deo iuuante.

¶ Confectio vnguenti attractiui.

Recipe ſepū ceruinū ſeu arietis caſtrati vl̄ hyrcinū et li
quefac in patella et appone parū de creta mūda.et mo-
dicū de reſina.hoc eſt quartā partē reſine reſpectu ſepi.
et oleū oliue et contunde totū bene in moꝛtario.

¶ Unguentuꝫ fuſcuꝫ contra vl̄nera fetida vbi noſ-
cunt creſcere carnes.

Recipe oleum oliue . et lardum ſub vno pondere . et
pone ad patellam vt ſimul buliant paulatim . poſtea po
ne tertiam partem de reſina ; et tunc recipe pulueres
thuris:

UVA. BHSC. IyR_173_2

thuris: ⁊ myrrhe nigre, ⁊ ſit de myrrha plus ꝗ̃ de thure: ⁊ coque hoc totum ſimul: ⁊ ſic poſtea appone parum de galbano: ⁊ indurare debes cum cera modica.

¶ Unguentum dyaquilon ⁊ vnguentum prutenicū pruſkmazth.

Recipe litargiriū ⁊ contere ſimul. Cenobriuz ⁊ inſparge in oleū oliue: ⁊ pone in patellā eream ⁊ mitte bulire ſemp mouendo cū ſpatula: ⁊ qn̄ videbis ꝙ incipiet rubeſcere: tūc appone modicū de cera pluſ ꝗ̃ de galbano ⁊ effunde ſup aquā mundā: ⁊ ſi vis habere pulchrū tunc appone ſerapinū ⁊ erit multum delectabile.

¶ Unguentum album ſic fit.

Recipe ceruſam: ⁊ thus album: ⁊ appone de galbāo modicum: ⁊ lapillos albos: qui in cancro reperiuntur: ⁊ contere omnia in puluerem ⁊ liquefac cum aqua roſacea ⁊ contere bene vſqꝫ ad conſumptionem aque: ⁊ commiſce cum oleo oliue: ⁊ fac bulire.

¶ Unguentum retentiuum ad vulnera fetida.

Recipe mel ⁊ liquefac in igne: ⁊ aquam ruthe commiſce illis ſimul ⁊ habebis.

¶ Unguentum populeon qn̄ vulnera inflantur.

Recipe nodulos de populo de tali arbore: ⁊ contunde illos cum noua aſſungia que tūc temporis habere poteſt: ⁊ ſerua ⁊ cooperi bene in pixide vel in olla vitreata: poſtea recipe folium iuſquiami: ⁊ acrimonie: plantaginis: ⁊ millefolij: trifolium, ⁊ marrubium: balſamum: mentham ⁊ mentham equinam zembs: feniculū: ⁊ omnia illa ſimul equali pondere. accipe ⁊ contunde ⁊ pone in vinuz ⁊ mitte ſtare per aliquos dies: ⁊ tunc excipere herbas predictas quando tibi videbitur conueniens ⁊ appone confectum quod prius feceras de modulis populi: ⁊ aruina noua: ⁊ cōmiſce ſimul: ⁊ pone ad caldarium paruū, ⁊ buliat ſimul totum: ⁊ poſtea in ſacculū funde ſeu cola.

¶ Syrupus vulneratorum.

Recipe tormentillam: agrimoniam: diptamuz illam herbam: ⁊ myrrham rubeam: ⁊ coque bene in ceruiſia antiq̄ ⁊ cola per panniculum lineum: ⁊ quando infrigidabitur da infirmo ſero ⁊ mane ad bibendum.

¶ Unguentum ad paraliſim ſic laboratur ſiue ſit in capite ſiue in alio membro.

Recipe iuniperium: ⁊ aruinam galline: ⁊ contunde bene ſimul ⁊ pone ad patellam vt liquefiat ⁊ cola ⁊ ſint ambo ſub pondere equali.

¶ Ad paraliſim ⁊ fiat ignis bonus ⁊ ſic vngatur.

Recipe medullam de oſſibus equi: ⁊ liquefac in patella ⁊ vnge locum dolentem vbi regnat paraliſis. Et nota ꝙ viris dꝫ eſſe ex oſſibꝰ equi: mulieribꝰ vero de oſſibꝰ eque.

¶ Contra paraliſim cui ſtat in oculis.

Recipe vinum bonum: ⁊ fauum mellis: in eadem menſura: ⁊ radices celidonie: ⁊ feniculi: ſi vis cum herbis: ⁊ concute illa bene: ⁊ poſtea calefac circa ignem ⁊ cola ⁊ emplaſtretur ſuper oculos.

¶ Unguentum vt quaſi vno die vulnus ſanetur.

Recipe lanceolam illam herbam: ⁊ illa eſt conſimiliſ plātagini: ſed planiora habet folia ⁊ longiora ⁊ contunde eā cum noua aruina: ⁊ poſtea in patella diſſolue ⁊ fac emplaſtrum: ⁊ pone ſuper vulnus ſed pulueres ſentias faciens de eis: ⁊ cum eadez herba potes humectare inflationes in circuitu vulneris.

¶ Unguentum ruffum ⁊ valebit maxime quando aliquis leuans graue pondus offendit ſe vel inflatur ab intus vel habet ſpatulas ab intra.

Recipe herbas quaſdam rubeas. Rubea tinctoruz vel vngulosa maior: hethōice. Ezeruene: korz venye: et ablue bene: poſtea vero poſt ablutionem depone corticez ſuperiorem: ⁊ pone ad butyrum: quod in Maio menſe eſt laboratū ſi habere poteſ ⁊ coque ſimul valde bene: ⁊ ſic tamen fac ꝙ herba butyrum preualeat: ⁊ appone radicem vnam vel duas de acrimonia. Et ſi non potes habere butyrum Maij. tunc recipe illud butyrum quod eſt laboratum in vna ſeptimana ante natiuitatem beate virginis Marie vel quod eſt paratum ante feſtum ſanctorū Philippi ⁊ Jacobi apoſtolorum: tertia die vel prima.

¶ Contra combuſtionem ignis vel aque.

Recipe furfures ſiliginis: ⁊ combure in noua teſta hoc contere bene ⁊ contritum da in circuitu manui vel pedi ⁊ ſanaberis.

¶ Remedium bonum ad paraliſim.

Unge locuz vbi turbaris in calida ſtufa vel circa ignem vino cremato vel etiam ſi pes vel manus incuruatur a paraliſi taliter fac ⁊ ſanaberis.

¶ Unguentum ſanatiuū: ⁊ qd̓ facit creſcere carneſ.

Recipe ſepum ceruinum: ⁊ plantaginem cum ſemine ⁊ radice. Si autem ſemen plantago non habuerit ſic ꝙ eſſet in menſe Maio: tunc recipe radicem cum folijs contunde ſimul cum oleo oliue, ⁊ decoque ſuper lento igne: ſic vt buliat per integram horam primitus: poſtea appone reſinam, ⁊ commiſce hoc totuz ſimul vt buliat ita diu donec illa reſina liquefiat: ſed non amplius: poſtea cola ꝑ pannum ad nouam patellam: poſt hoc recipe tria vel q̈tuor coclearia de vino bono: et infunde in illud confectū: ſic iterum tere ad bonā horā et poſtq̄ꝫ illud vinū cōſumetur: tunc iterū funde tantum de vino vt prius: et ſic ſemꝑ extere et effunde modo predicto: et hoc fac ita diu dōec non erit vnguentum album ſic abiectum: et donec adherebit mortariolo: ſicut bitumen: et poſtea appone ceruſe dimidium alterū loth. et hoc ſi fuerit vnum quartale. tūc de ceruſa appones. ⁊ hoc illuc inſparge ⁊ contere bene. ⁊ ſerua in pixide. ⁊ vtere eo quando oportunum fuerit.

¶ Unguentum dialtee contra ſiccitatem.

Recipe medullam de oſſibus caninis. ⁊ medullam de oſſibus equinis, ⁊ antiquam aruinam, ⁊ herbam que creſcit in ſegetibus ⁊ vocatur Ermodactilus, ⁊ eſt hec herba preciſe ſicut cepe, ⁊ omnia illa ſimul bene decoque. et contunde. et liquefac in patella. et cola ad pixidem, et membra que exiccantur ſepe iungatur.

¶ Contra calculum.

Recipe zinziber, balſamum. et zeduariam. et flores muſcati. et longum piper. et lapillos cancri. de quolibet vnū lothonem. et contere hoc ſimul valde bene et da infirmo ad bibendum in vino. et precipue in balneo.

¶ Ad idem.

Hec eſt quedaz breuis medicina que a ſolo deo venit. Accipe ſuccum feniculi. petroſilij. apij. et in ſucco iſtaruz pone micam panis. et pone ſuper reneſ. et ſuper veſicam. et non tantum vrinam prouocat verum etiā lapidē frāgit.

¶ Ad idem.

Idem facit paritaria comeſta vel bibita cuz vino vel puluis eius cum albo vino potatus.

¶ De calculo frangendo.

Hec quedaz veneranda optima et perfecta medicina ad frangendum lapidem. Recipe radicem feniculi. et ſaxifragie. petroſilij: equaliter de omnibus. Item radicem bardane ſiue lappe ad quātitatem omnium iſtarum reꝝ et hec in partes minimas diuidantur et ponantur in tāta aqua quantum videbitur ſufficere buliaturqꝫ vſqꝫ ad conſumationez tertie partis aque. et poſt hoc ſumat patiens mane et ſero ad quantitatem mediocris ciati. et ſi aqua predicta nimis amara fuerit buliatur de liquiritia cum aqua predicta quantum videbitur. et ſi malum patientis recens eſt curabitur ad octo dies. ſi vero antiquū fuerit ad quindecim dies.

¶ Ad arenas expellendas.

Talis enim cura ſupradicta eſt ſeruanda niſi ꝙ loco ſaxifragie due vel tres partes plantaginis apponantur et operandum eſt in praxi predicta.

¶ Unguentum

UVA. BHSC. IyR_173_2

¶Unguentum contra combuſtionē.

Recipe olei roſarū.℥.j.cere.ʒ.ij.ceruſam.℥.ſ. clarū oui vnius: coctorum optime verbereť ⁊ incorporeť:⁊ fac vnguentū:⁊ vngatur ex eo locus combuſtionis quotidie ⁊ mirabiliter prodeſt.

¶Unguentum ad ſcabiez.

Recipe aloepaticū:oleum laurinū.argentum viuū.⁊ ſaluiam:⁊ fiat vnguentū.⁊ cū illo ſcabies perungať.

¶Aliud experimentū probatū.

Recipe auri pigmenti.℥.ij.argenti viui.℥.j.plumbi vſti ℥.j.⁊ ducanť fortiter:⁊ miſceantur cū oleo ⁊ aceto vini.⁊ ex illo ſcabies perungatur.

¶Experimentū magiſtri Petri hiſpani cōtra omnem maculam oculorū.

Recipe feniculi.verbene.rute.roſarum.eufragie.ſileris montani.betbonice.celidonie.capilloꝝ veneris.ana quaſſa bene.⁊ impone in albo vino per diem naturalem. Secūdo hec diſtilla per alembicū.⁊ ꝙ primo ſtillauerit quaſi argentū.ſcđo quaſi aurū.tertio quaſi balſamus habeť.⁊ hoc ſerueť in tribus ampullis.⁊ cū opus eſt deť nobilibus ⁊ delicatis pro balſamo.alijs vero ꝑ auro ⁊ argēto.

¶Iſti ſunt pulueres optimi ſuper omnia vulnera que ſequuntur.

Recipe vinum nigrū.hoc eſt rubeum nimis ⁊ plutſtein cuiuſlibet.j.lotb.gūmi arabici.iij.lotb.muſcatuz.⁊ thus albū cuiuſlibet.j.lotb ſanguinē dracōis.⁊ mumiā.j. lotb iſta oia contunde adinuicem:⁊ fac puluerez ex ipſis:⁊ illos ſerua ad neceſſitatem qñ indigueris.

¶Apoſtolicon tale vnguentū ſic fit.

Recipe nigram picē arabicam cuiuſlibet.i.libram. Recipe ēt galbani.⁊ ſerapini.armoniaci.opoponacis.coloſonie cuiuſlibet.j.lotb:⁊ ceram.vj.lotb. Eſcara mediaz libram:hec oia miſce adinuicez:⁊ coque modicū:⁊ poſtea accipe maſticez:⁊ albeam:ſiue olibanū:⁊ contere bene in puluerē ⁊ terbētinam cuiuſlibet.i.lotb:hec omnia miſce adinuicem:⁊ ꝑmitte liquefieri valde bene:⁊ exprime per panniculum ſuꝑ aquaz frigidā poſt hoc excipe de aqua ⁊ volue illud bñ in manibus ad ignē cum oleo: vt ſit modicum molle:hoc emplaſtrū ſanat vulnera fiſtulam apa:⁊ oēm fluxum imundū in carne ceſſare facit ⁊ ſanat.

¶Unguentū bonū ad vulnera ſananda.

Accipe picē arabicam.i.picem non tēperataz:ceram ſimplicem opoponacū flores iris cuiuſlibet medium lotb ⁊ holvuorez.Ariſtologia rotunda:thus albū cuiuſlibet mediū lotb:litargirij.ij.lotb. Iſta omnia excoquantur in vino quartali aceti fortis valde ita bñ vt molle fiant. Et poſtea iſta videlicet.ceram.⁊ picē arabicaz.⁊.ij.libras olei:⁊ illa omnia permitte ſucceſſiue liquefieri inuicem:⁊ ſic excoque vides bñ ne comburantur in aliqua parte:ideo debes interī9 continue miſcere ⁊ mouere: poſt hoc reſinas abijce ⁊ refrigera modicum pone ad pixidem:⁊ iſto vngueuto vngatur panniculus:⁊ ponatur ſuper vulnera.⁊ hoc contrahit:⁊ curat ſanguinez malum de ipſis vulneribus.

¶Unguentum ad vulnera ꝙ cito generat carnes.

Accipe de oleo oliue quattuor lotb:faui mellis tres lotb gūmi arabicū:thus verum de quolibet medium lotb.⁊ mole ſicut farinam:⁊ miſce ſimul totum:⁊ liquefac ſuper ignē modicuz:⁊ miſce continue ſiue moue in olla ne cōburantur:⁊ operare illo vnguento qñ vis.

¶Unguentū ꝙ dicitur gratia dei.

Recipe terbentine.libras.iij.reſine.lib.j.olibani.maſticiſ añ.ʒ.j.mirrhe.ʒ.iſ.cere virginee.ʒ.iiij. bdelij.ʒ.j. verbene. pimpinelle.betbonice.cū adhuc recētes exiſtunt.añ.manipulū.i.⁊ decoquantur in vino albo vſqꝫ ad cōſumptionē tertie partis: poſtea coletur ⁊ colatura ſuper ignē ponatur ad buliendū. Et impone ceraz reſinā ⁊ maſticē: olibanū.myrrā.bdeliuz.quouſqꝫ bene cōmiſceantur ſemper agitando cū ſpatula:poſt hoc impone terbentinaz:⁊ aliquantuluz de oleo oliue:⁊ iteruz agitetur cuz ſpatula donec infrigidetur.⁊ quod notat colliget reſiduū vero valet podagricis.

¶Uel ēt predictū taliter poteſt laborari.

Recipe ſucci verbene.pimpinelle.betbonice. brunete.i. conſolide plantaginis lanceole.añ.lib.ſ.ſucci api. quar iij.reſine.lib.i.terbētine lib.v.maſticis.olibani.añ.ʒ.i.myrre.ʒ.i.cere virginee.ʒ.iiij.⁊ in vino odorifero bulianť ſucci:⁊ valet contra cancruz.⁊ contra morſuz venenoſum:⁊ puncturā.valet etiā ad omne vulnus recens ⁊ etiā ſanat apoſtemata in coſtis.⁊ in epate.⁊ in ſplene.⁊ in principio foris emplaretur.

¶Unguentū bonū ad gingiuas.

Recipe aluminis vnuz lotb.⁊ mellis.ij.lotb.⁊ illa duo ſimul cōmiſceantur.⁊ cuz illa dentes ⁊ gingiue iungātur ⁊ curabitur putredo eorū.

¶Ad vulnus ſanandū.

Recipe myrrhā.thus.attramentū cuiuſlibet.i.lotb.⁊ ad ampliandū vulnus appone medullā ſambuci etiā vnum lotb.⁊ illa oia ſimul confice in puluerē:⁊ ſparge modicuz ad vulnus.poſt hoc calefac bene ⁊ ſuppone vulneri.⁊ trāſiet adinuicē ſub illo ⁊ ſanabitur; ſed debes comprimere vulnus bene duobus digitis adinuicem.⁊ ſic poſtea quarta die eligetur multuz pulchre:poſt hoc ſanetur velut alia vulnera.

¶Ad idē puluis bonus.

Pulueriza piper cū puluere carbonis quercini ⁊ ſuppone diē vnū vel duobus ⁊ ſanabitur.

¶Aliud antidotū ad vulnera ſananda.

Recipe mel ⁊ vermes longos qui infimo creſcunt: hec duo confice in puluerē:⁊ ſparge ad vulnus ⁊ ſanabitur:⁊ hoc vtriuſqꝫ ana:⁊ cōburi dꝫ in teſta noua.⁊ vulnus ſanabitur ſine omniū fluxu imunditiaruz.

¶Contra dolorez capitis.

Recipe thus.myrrā.piper ſaluiaz.acetū.oleū.⁊ illa oia ſimul cōmiſce ⁊ decoquas bene.⁊ tunc cuz illo caput perunge ⁊ liga lintheo.

¶Unguentū ad vulnus qđ dicitur lupus.

Recipe albū thus.⁊ tere modicū ad modū pulmēti ⁊ cōmiſce optime cuz claro oui adinuicem.⁊ tunc line ſupra panniculū canapeū.⁊ ſi iſtud habere non potes.tunc recipe barbā iouis.⁊ forma ex ea empl'z ⁊ tali dolori ſuppōe.

¶Antidotū emplaſtri boni ⁊ optimi ſuꝑ vulnere.

Recipe thus.⁊ aloe.⁊ contundanť adinuicē cū claro oui ⁊ iſtud ponatur ſuꝑ vulnera vbi vene fuerit inciſe ⁊ cruentant multū. Iſtud tādiu permittatur ſuper vulnera donec vene ⁊ ſanguis adinuicē creuerit ſi tñ magis indigeretur.tunc laboreť huiuſmodi medicina ⁊ emplaſtruz ex nouo ⁊ ſupponatur vulneri totiens donec creſcet adinuicez pāphili ⁊ malue ſimul cōtrite ⁊ ſuꝑ vulnera poſite curant vulnera ſanguinolenta ⁊ fluentia.⁊ fortius:⁊ meliuſ q̃z aliud emplaſtrū. Si aūt cū aſſungia contūditur ⁊ ſuꝑ vulnera ponitur ſanat ſumme bene vulnera.

¶Aliud emplaſtrū ſuper vulnera.

Serpilliū romanū.i.romiſchkol.contundatur cum vino ⁊ ſuper vulnus ponatur ſanat multuz bñ. Itē abſinthiuz cōcuſſuz ⁊ recēter ſuꝑ vulnus poſitū ſanat ipſa vulnera.

¶Unguentuz bonū ad omnia vulnera.

Recipe aruinā leporis:⁊ aruinā porci non caſtrati ſiue apri:⁊ hoc totū ſimul confice qđ denſuz fiat:⁊ caua illud ⁊ poſt hoc in melle decoque.deinde recipe abſinthiū.vel ſuccū abſinthij et tēpera cū ꝑdictis ad horaz vnius diei et hoc vnguentū ſeruabis q̃zdiu placet.

¶Ad emundationē vulnerū.

Recipe conſolidā maiorē talez herbā ⁊ depone ſuperiorem corticē:medietatēqꝫ eius abijce:reſiduū vero cōtunde:et miſce cuz aqua; et pone ſuper folium nigri oleris.

UVA. BHSC. IyR_173_2

Suuareȝkol ⁊ ſuperpone vulneri ⁊ ſanabitur in octo vel
nouem diebus.

¶Unguentum ad vulnera.

Recipe oleuȝ oliue.iiij.lotb.fauū mellis.iij.lotb gūmuȝ
arabicum:⁊ tbus vetus:de quolibet mediuȝ lotb ⁊ mol
le ſicut farina ⁊ miſce ſimꝉ totū ⁊ dimitte vt liquefiat ſu-
per ignē modicum:⁊ cōmiſce continue in olla vt non cō-
buratur ⁊ o perare illo vnguento qñ vis.

¶Contra ſcabiem ſeu pꝛuritum.

Recipe aquaȝ in qua poꝛcus vel ſus mundatus ē a car
nifice poſt interfectionē illam cuȝ doꝛmire volueris cale
fac ⁊ laua pedes ex ea ⁊ pone ad aquam eandē vſqȝ ge-
nua ⁊ inuolue pedes in pannum ⁊ de mane cū ſurgis dy
alteam:⁊ populeon:⁊ illa duo vnguēta ſimul cōmiſcean-
tur:⁊ vnge pedes ſcabioſos:⁊ etiaȝ tere ſeu frica bene pe
des cum pilis qui ſunt in ſcropba depoſiti in aqua pꝛe-
dicta:⁊ ſic cum vnguēto pꝛedicto perunge ⁊ ſanaberis.

¶De emplaſtris.

Emplaſtra bona fiunt ex roſis ⁊ violis:cera:picce:melle:
⁊ oleo oliue:illa fac bulire ſimul:⁊ expꝛime per pannuȝ ⁊
intinge pannos.⁊ pone ad pixidem ⁊ ſerua ad placitum
tuum quando indigueris.

¶Unguentuȝ bipocratis.

Recipe anguillam ⁊ decoque in aqua:⁊ ſupernatantem
pinguedineȝ collige ⁊ congrega.poſt boc recipe aquam
pinguem ⁊ gallinā ⁊ decoque ſine ſale ⁊ ſimili modo pin-
guedinem ſupernatantem collige:⁊ tunc recipe ſuccum
ſaluie:rutbe:⁊ abſintbij.⁊ eleboꝛi : quod iacet in terra : ⁊
berbam que vocatur lingua canis. Iſta omnia ſimul cō-
miſce : ⁊ quodcunqȝ vulnus fuerit vnctum non indiget
emplaſtro .

¶Unguentū fuſcū laboꝛatur ſic.

Recipe maſticis.galbani terbentine.an̄.ʒ.j. ⁊ conficiant
ſic oleum oliue in caldari ſuper ignem mittatur ⁊ addat
cera:⁊ liquefacta ponatur colofonia.deinde gummi ſera
pini.⁊ terbentine.deinde maſticis.⁊ olibani. ⁊ boc cū ſpa
tula ſemper agitetur donec coctum fuerit deinde infri-
gidatum vſui ſerua.

¶Unguentum album.

Recipe ceruſe lib.ij.litargirij.ʒ.j.olibani.ʒ.ſ. maſticis.
ʒ.j.vnaqueqȝ res per ſe teratur:⁊ puluis,ceruſe cuȝ pau
co oleo oliue diſtemperetur.poſtea addatur litargiriuȝ
deinde maſtix:⁊ olibanum addatur ⁊ cum piſtello pau-
latim agitetur quāto melius pōt ⁊ vltima vice de aqua
roſarum parum addatur:⁊ tamdiu ducatur donec ſpiſ-
ſum vel liquidum fuerit ⁊ ſerua vſui.

¶Contra paraliſim.

Recipe anſerem:⁊ pone in eam anguillam in fruſtra ſe-
ctam ſeu diuiſam:⁊ aſſa ⁊ cum illa pinguedine vnge lo-
cum vbi turbaris.

¶Contra paraliſim.

Recipe murilegum nigrum:⁊ impone in eum ſinapi: et
ſimiliter aſſa et pinguedinem inde ſtillauerit collige ⁊ lo
cum paraliticum perunge.

UVA. BHSC. IyR_173_2



UVA. BHSC. IyR_173_2

Alopicia eſt caſus capillorum cum vlcerib⁹. Cura: vngule capre vſte: ⁊ cum pice liquida trite ⁊ illinite: allopiciam ſanant. Auic. Sera. kir. Alber. lib. xxij. ¶ Apoplexia eſt paſſio cerebri officialis auferens ſenſum: ⁊ erectionē toti corpori repente ⁊ ſubito magna voce precedente ꝓpter oppilationem in meatibus ⁊ ventriculis cerebri tā principalibus q̄z non principalibus. Cura vtaris tbiriaca cum vino. Auicen. prima quinti. ⁊ genitalibus cūctis que ſint cocta cum ruta. ¶ Aſma eſt difficultas anbelandi ſine ſonitu. Cura decoquantur malue in olla: ⁊ ex illa lauetur calide infirmus ⁊ etiam ſumatur ſcutella plenā furfuribus illa coquantur cum butyro: ⁊ cōdiantur modicum: ⁊ boc imponatur ſacculo: ⁊ cōſuatur. ⁊ ſuper ſacculum illum locetur infirmus: ⁊ reſanabitur: ⁊ debet in balneo eſſe: ⁊ ſedere ſuper iſtas coctas berbas: ⁊ iſtud ſepius facere tenetur ⁊ ſanabitur: ⁊ poſt boc vngat dyaltea cum iſto butyro boc facto minuat de pede inferius ſub talo. ¶ Artetica eſt paſſio ab articulo dicta. ⁊ eſt ſpecies gutte. Cura: accipe cantarides: ⁊ puluerem piperis ⁊ ſparge ſuper ceram calidam. ⁊ ſic poneſuper locuz dolentem per vnam noctem. ⁊ mane inuenies vnam veſicā. tunc impones ceram extrabens aquam ⁊ ſanabitur.
¶ Aſclites eſt ſpecies ydropiſis ex groſſa ventoſitate effecta. Et dicitur ab aſcli grece qđ eſt venter latine. Cura vide de ydropiſi. ¶ Arteriaca paſſio ex aſperitate ſit tracbee artarie cum voce manſueta: ⁊ raucedine: ⁊ excreatione cum difficultate. Cura: tapſus barbatus cuz vino rubeo ⁊ forti decoctus ⁊ loco frequēter cataplaſmatus multum valet. ¶ Arimeron eſt genitalium partium oppilatio. ¶ Antrax eſt quedam puſtula peſſima que quādo ſit in bomine comburit carnem circumquaq̄: ⁊ facit foramen antruz: ⁊ putreſcit caro vſq̄ ad oſſa. ¶ Amiſſio rationis ſit quando bomo freneſim patitur: quoniaz tūc ſolet fatuizare veluti fatuus vel amens. Cura. recipe crocum ⁊ vrinam propriam: ⁊ de mane bibat ⁊ curabitur. ¶ Apoſtema patet de ſe quid ſit. Cura. Recipe boluz armenicum ⁊ terram ſigillatam ⁊ incide ⁊ vtrumq̄ ad calidum vinum pone: ⁊ de mane bibe et ſcito q2 non ꝑmittit ad cor aſcendere ipſum apoſtema.

Bolismus ē immoderatus vel caninus appetitus vel irrationalis. et eſt paſſio ſtomacbi ex frigida cauſa. Cura alibi videatur de paſſionibus ſtomacbi.

Casus capillorum eſt quando crines deſcendunt de capite. et boc maxime ſit poſt infirmitatē. Cura: adeps vrſi capiti illinitus multum prodeſt. Sextus et Plinius lib. viij. capitulo. xxxvi. et lib. xxviij. cap. x. ¶ Cepbalea eſt dolor totius capitis. Cura: tbuz myrrbā piper ſaluiam acetum alleum commiſce et decoquas. et vnge caput et liga lintbeo. ¶ Coriza eſt conſtrictio narium a poro cerebri decurrens ad nares. ¶ Catarrus eſt fluxus a capite verſus pectus: et cauſatur multipliciter aliquando ex frigore magno: aliquando ex crapula: aliquādo ex calore ſuperfluo. Si fuerit ex calore ſuperfluo tunc minuatur de vena cepbalica, ⁊ vngatur frons vnguento ⁊ oleo roſarum: ſimiliter ⁊ caput: oleo bacchar ū lauri vel cum dyaltea. Si autem ex crapula. tunc ſumme precauere debet ne nimis comedat aut bibat. ſ3 moderate. ¶ Colica eſt paſſio inteſtinorum grauiſ que ſit iuxta vmbilicum. Haly. Cura: ſtercus caprinum loco dolenti illinitum curat. Sextus. ſtercus canis. ¶ Calculus dicitur eſſe lapis in veſica vel in renibus generatus. Cura grana iuniperi mixta cum medone ſimulq̄ concuſſa ⁊ expreſſa per panniculum: ⁊ iterum de nouo ſuccus per pānum coletur ⁊ detur patienti in balneo ſedenti. Lir oleuz ex tigno eius. ¶ Cancer eſt quedaz vulneris ſpecies carnes corrodens ⁊ quaſdaz babens venulas circumquaq̄ diſtentas ad modum crinium cancri. Cura. ſtercus arietinum fixatum bene cum butyro interficit cancrum. ⁊ debet prius per pānum colari. ⁊ ſic illiniri vulnus in circuitu. ¶ Ciragra eſt paraliſis manuum. Cura. Recipe ſuccum mellis ⁊ miſce cuz farina ordeacea: ⁊ decoque quāſi pulmentum ⁊ fac ex eo emplaſtrum ⁊ ſuperpone dolori calide. ¶ Cardiaca eſt infirmitas ex qua cor trepidat ⁊ euenit multipliciter. aliquando euenit ex calore magno ⁊ ex ſanguine ſuperabundanti. Cura. ⁊ tunc debet minuere de manu ſiniſtra. ⁊ vnge cum vnguento populeon. et oleo violarum. ⁊ vtatur electuario iſto. recipe violarum roſarum nouellarum vel titiradijs Juli. ſimiliter vtatur carnibus nouellorum pullorum ⁊ iuuenum ⁊ aliaruz carnium: poſt bec facies ſibi emplaſtrum. accipe roſas violas linum recens bec omnia coque et pone ſuper ſtomacbum et priuſq̄ coquatur debet cōtundi. et ſic decoque: Si vero infirmitas illa euenit ex frigore tunc aſſumant diamargariton. Nicolaus et banc medicinam recipiat. Cinamomum gariopbilos cubebe lignum aloes: et os de corde cerui cuiuſlibet coniunctim. et contunde bene inuicem et appone. Recipe violarum vnum fertonem aniſum vnam libram: quia illud confectuz fortiter fortificat omnes artus in bomine. Si autem illa infirmitas ſit ex ſudore nimio. tunc repurgetur. vt non ſudet magis. alias corpus corrumperetur. vel cardiaca paſſio eſt quādo totum corpus reſoluitur in ſudorem continuuz et dicitur diaforetica. i. apertio pororum.

Dyamires ē inuolūtaria vrine emiſſio in ſomnis. Diſſuria eſt difficultas mingendi. Cura oleo petroleō corpus vngatur circa partes dolentes. ¶ Cir. ¶ Diſſenteria eſt fluxus vētris ſanguineus cum corroſione et vlceratione inteſtinorū. Cura: lac aſine bibatur ſtomacbo ieiuno. Haly. et Plinius libro vigeſimooctauo. capitulo nono. ¶ Diarria eſt fluxus ventris ſimplex quando fluunt bumores diuerſi de ventre. Cura: ſtercus canis ſola oſſa comedentis conſtringit ventrē fortiter et bec magiſter auicenna docet. ¶ Diabetes eſt immoderata renū attractio vel ē immoderatus fluxus vrine boc eſt quando totiens mingitur quotieſ bibitur. Cura pone agrimoniam ad ſaccum et excoque cū vino antiquo donec tertia pars ebulierit. ⁊ adbuc appone modicum ſalis cocti ⁊ bibe illud ⁊ ſanaberis.

Effimera eſt febris ex diſtemperantia ſpirituum procedens vltra diem tertium ſm̄ ſui naturam non ſe extendens. Cura: contra effimeram diuerſam vene aperiant vt in tabula de minutiōibus. ¶ Emigranea eſt dolor medie partis capitis ſiue interioris. ſiue exterioris. Cura: contra emigraneam ſciaticam colicam ⁊ iliaticaz. recipe calcem viuam ciminum tartarum olibanum baccam lauri ſinapi: ⁊ mel crudum ⁊ fac confectionez emplaſtri ⁊ ſuperpone dolenti loco. ¶ Epilenſia eſt morbus cerebri officialis auferens ſenſum ⁊ erectionez toti corpori cum ꝑturbatione motus maxime propter oppilationem in vētriculis cerebri non principalibus. Cura: detur fimus ciconie in aqua ⁊ melle mixtus ad bibendum infirmo curat: Auctor pandectarum. ¶ Empima eſt ſputum ſanioſum in concauitate pectoris exiſtens aut pulmonis vel empima eſt paſſio quando ſanies excreat. inde empima ideſt ſaniem expuentes quia empima grece ſanies latine dicitur. ¶ Exitus ani eſt quando quoddam inteſtinuz homines egreditur per annum. dum vadit ad ſeceſſum. Cura. Recipe aloes epaticum ⁊ liquefac poſtmoduz infrigidato inunge inteſtinum ⁊ trude viceuerſa ⁊ ſi amplius exierit iterū inunge quouſq̄ manebit Serap. et Auicen. ¶ Emoroides ſunt quinq̄ venule exiſtentes in ano

per quas

per quas ſolet fluxus fieri vel emorrois eſt apertio vene inferiores que cum ano exit. emachim eniꝫ grece ſanguis dicitur latine. inde emorrois. i. ſanguinis fluxus ꝑ inferiora talis infirmitas aliquãdo generatur ex ſanguine ſuperfluo. Cura: contra hanc infirmitateꝫ minuat ſub talo. ſi aũt talis paſſio fuerit recens ⁊ prio orta tunc. Recipe oleuꝫ oliue ſereniſſimũ ⁊ madidetur in eodem panniculus ⁊ ponatur ſuper dolorẽ eundẽ.

Febris eſt calor innaturalis mutatus in igneum ⁊ eſt multiplex vt ſuperius circa imaginem videri poteſt. Febris continua eſt que fit de flegmate putrefacto. Cura: accipe ſolſequium cũ radice ſua ⁊ in partes incide minutas ⁊ cum aceto bene decoque ⁊ da patiẽti de mane ⁊ de veſpere. Febris tertiana eſt que fit de colera putrefacta ſimiliter in corpore. Cura: recipe pimpinellaꝫ ⁊ benedictã albam ⁊ has herbas decoque pariter cum aceto ad bonam horaꝫ diei ⁊ tunc cola per pannuꝫ ⁊ da bibere paciẽnti de mane ⁊ veſpere. Cura cõtra quartanã. Recipe petroſilium ⁊ cuꝫ radicibus decoque pariter cuꝫ aceto ad bonam horaꝫ diei: ⁊ tunc cola per pannum ⁊ in vitrũ infunde ⁊ cooperias per noctem mittens ſic ſtare ⁊ mane iterum per pannuꝫ debet colari ⁊ da patienti bibere ieiuno ſtomacho ⁊ intinge pannuꝫ in eadẽ aqua ⁊ caput eius circunliga. ¶ Febris effimera patuit de ſe. Cura ſuccus cubebe mixtus cum oleo roſarum ⁊ inunctus pulſibus ⁊ ſuper cor illinitus omneꝫ calorem febriũ mitigat. ¶ Febris ethica idem eſt quod ptiſis plantarius habuit quendam patientem viribus defectuꝫ ⁊ poſuit ipſum in balneuꝫ aqueuꝫ in quo fuerunt reſoluta cornicis oua ⁊ poſt balneum fortificatus exiuit. Item cibus optimuꝫ ethicis: terantur pupille alarum gallinarum ⁊ trite diſtẽperentur cum lacte ouino ⁊ addantur vitellam ouorum ⁊ parum polente frumenti ⁊ buliat ad ſpiſſitudineꝫ ⁊ adde parum de zuccharo. ¶ Febris acuta ideꝫ eſt quod febris occulta. ¶ Febris autem continua hoc habet remedium. Ad mitigandum feruorem in febre continua. Cura. Folia caulis coquantur cum aceto veteri ⁊ terantur cum oleo roſa. ⁊ emplaſtretur ſuper ſtomachi multũ prodeſt. Et idem poteſt fieri cum folijs ſilicis: ⁊ folijs albarum vitium roſarum ⁊ ſimilibus. ¶ Fiſtula dicitur eſſe quoddam vlcus quod non plenarie reſeruatur ⁊ ante reſeruationem cicatrix illius vulneriꝫ clauditur ⁊ ſic illa ſanies que prius de vulnere plenarie nõ exiuit facit ſub cute latum locum. in ſuperficie vero vulneris valde ſtrictũ habet foramen. Cura: excoquatur aniſuꝫ in aceto ⁊ illud bibat patiens ⁊ fiſtula ceſſabit in eo. Item fiſtula multa foramina habet ⁊ non recta ſed obliqua quod medicina intrare non poſſit etiam nil melius eſt ꝙ̃ ſtercus caprinum temperatum cum melle ⁊ tepide ſuppone: quia omnem tumorem ſoluit putredineꝫ extrahit. ⁊ iniciatos vermes occidit: ⁊ purgat ⁊ ſanat fiſtulam ⁊ cancrum: ⁊ dolorem mitigat. ¶ Ficus eſt quoddã vlcus quod ſolet creſcere in ano vel in virga vel in naſo vel in oculo. cura: cõtra ficum in oculo. Recipe medullam de oſſibus bouinis ⁊ vitellum oui ⁊ oleum: hec omnia in patella coquaꝫ ⁊ exprime per panniculum ⁊ vnge morbum ⁊ ſuper pannum pone ⁊ ſuperpone dolori donec ſanetur. Alia cõtra ficum vbicunqꝫ fit. Recipe plãtaginis manipulos tres ⁊ millefolij ⁊ mẽtaſtri ana manipulos quattuor. hec omnia contundantur ⁊ ſuccus exprimatur. ⁊ addãtur quattuor grana piperis triti: ⁊. vij. grana maſtico ieiune patiens bibat hanc potionem nouem diebus ⁊ continue renoua medicinam. ¶ Freneſis eſt apoſtema natum in miringa cerebri de ebulitione ſanguinis vel calore vel vtriuſqꝫ: miringa vero pellicula circundans cerebrum ⁊ eſt in aure que ſi rumperetur perpetue ſurdus efficeretur. cura: Uena in medio frontiꝫ apiatur. ¶ Faſtidium eſt infirmitas repugnans comeſtioni ⁊ appetitum deſtruens bonum. hec infirmitas ſepius generatur ex languore nimio ipſius ſtomachi ⁊ omnium membrorum. Aliquãdo ex nimia ſede peruenit ⁊ ſuperflua ſumptiõe potus. ⁊ interduꝫ peruenit ſimiliter ex frigore magno. Tunc ille ſumat zucharum roſaceum. ⁊ etiaꝫ iuuat illum qui habet ſuperfluitatẽ in ſtomacho. ⁊ cõfortat eũ. vel etiã ſibi detur diaaradon abbatis. Si vero euenit ex frigore modo: tũc ei detur diacitonniten Salie. Auicen. aut zinziber conditum: quia illa inducunt aliquo modo calorem ⁊ faciunt appetitum bonuꝫ. ¶ Fluxus ſanguinis eſt multiplex: de ore: de auribus: de naſo per anum: ⁊ ſꝫ illa oia diuerſas ſortitur medicinas. cura: contra fluxum ſanguinis per anum. Recipe ſemen plantaginis ⁊ concute in liquefactum butyrum tepidum: ⁊ ſtatim ſuper hoc incute oua ⁊ appone modicum de croco: ⁊ hoc non contrito: ⁊ da ei comedere.

¶ Cõtra fluxum ſanguinis de naribus. cura vena cephalica incidatur.

Gomorea eſt inuoluntaria ſpermatis emiſſio. ¶ Gutta eſt quedã paſſio in ſcapula quãdo homo brachiuꝫ leuare non poteſt: ⁊ ſi leuat tunc cum magno dolore. cura. Recipe abſinthium ⁊ coque in melle ſiue malaxetur ⁊ contundantur ⁊ fiat emplaſtrum ex illo ⁊ dolori ſuperponatur.

Horripilatio eſt erectio criniũ pre timore vel diſpoſitio in qua inuenit corpus diuerſitateꝫ in frigore ⁊ punctioneꝫ in cute ⁊ lateribus: ⁊ antecedit eam pigritia ⁊ fractio. eſt quaſi maneries eius.

Ydroforbia dicitur paſſio melãcolica in qua homines abhorrent aquaꝫ mundam ⁊ etiaꝫ ſõnuꝫ eius. ¶ Impetigo ⁊ ſerpigo ſunt infectiones cutis de colera ſubtili mixta cuꝫ humore groſſo. ¶ Incubns ẽ fantaſma in ſomno comprimens corpus ⁊ agrauans motum ⁊ loquelaꝫ perturbans. ¶ Iliaca eſt paſſio inteſtinorum gracilium cum ſtipatione ventris frequenti vomitu ⁊ dolore vehementi tanqꝫ ſi inteſtina terebello perforarentur. Ileos ẽ idem. Et notandum ꝙ interdum iliaca fit ex ſiccitate nimia. tunc vrina fit rubea ⁊ tenuis ⁊ tunc magnuꝫ caloreꝫ patitur infirmus. Ille curatur ſic. Ungatur oleo violarũ ⁊ vnguento populeon: poſt hoc detur ei exiſatra. j. lib. illud ſumatur mane ⁊ ſero ſemper tria coclearia cũ aqua calida: poſt hoc ſumat ſuccum roſarum ⁊ ſcamonee mixtum cum vino calido valet ſibi contra idem: hoc facto minuat ſub talo in pede exterius. ¶ Idropꝫ eſt error virtutis nutritiue in toto corpore ſeruens mutationem virtutis digeſtiue i epate. Et ſunt eius quattuor ſpecies ſcilicet ypoſarcha. Aſclites. timpanides ⁊ lentoflegma. In timpaniti ⁊ aſcliti ſolum venter inflatur ⁊ pes ſicut poſteriora macerantur. In alijs autem ſpeciebus totuꝫ corpus inflatur cura: contra idropiſim. Recipe enulam cãpanam ⁊ contunde ⁊ ſucum eius exprime per pannum ⁊ colligatur in teſtam oui ⁊ diſtemperetur cum fauo mellis: ⁊ da infirmo omni die plenam teſtaꝫ de ſucco hoc fac vndecim diebus luna. decreſcente vel deficiẽte quia etiam homo in ventre decreſcit. ¶ Impetigo eſt ſicca ſcabies in cute vel in corpore. cura: due vene in faucibus oris incidantur.

Lepra eſt morbus corrumpens formam ⁊ compoſitionem membroruꝫ ⁊ finaliter ſoluens continuum: proueniẽs de materia melancolia ſparſa per totuꝫ corpus. cura: Recipe oleum de ligno fraxini fruſtratim inciſo: ⁊ fac ad modum aque roſacee ⁊ vngatur corpus ſepius multum prodeſt. ¶ Litargia eſt apo-

UVA. BHSC. IyR_173_2

ſtema in poſteriori parte cerebri ſub tus carnez vel litar
gia eſt apoſtema fleumaticuz cum febre in pupi cerebri
natuz:⁊ cũ mentis obliuione:⁊ litargia alia vera:alia nõ
vera.vera litargia eſt quando homo ſemper dormit. Nõ
vera ineſt qua homo non poteſt dormire.cura:capilli ꝓ
prij vſti conficiantur cũ aceto.⁊ modica pice:⁊ naribus
apponantur:potenter excitat litargicos. ¶Lienteria eſt
fluxus ventris: in quo comeſta ⁊ bibita egrediuntur in
eiſdem qualitatibus ⁊ quãtitatibus in quibus intromiſ
ſa ſunt propter debilitatem contentiue ſtomachi ⁊ inte-
ſtinorum ſuperiorum.cura:recipe ſepum hyrcinum cer-
uiſiam litargirum corticem glandium:emethich:ſangui
nem draconis cuiuſlibet vnum loth.miſce adinuicem:⁊
hoc mixtuz trudas ſuper lien:⁊ ſparge deſuper modicũ
puluerem concrematum:⁊ ſic trudas ad corpuz viceuer
ſa ⁊ ſanabitur eger. Si autez homo fuerit inflatus mul
tum:ita ꝙ lien ſubintrare non poteſt:tũc accipe allei vnã
libram ⁊ decoque illud in medio quartale aque: ⁊ tunc
ſuper vapores illos ponatur eger:ita vt poſſit humecta
re corpus eius ſiue poſteriora: quia poteſt hoc corpus
demollitur:⁊ ſic lien poterit bene imponi viceuerſa. Cuz
vero ibit ad ſedem tunc intrudat inteſtinũ digito: ⁊ hoc
facto. Recipe pulueres crematos de cornu ceruĩ thus
⁊ maſticem iſti pulueres ſuperſeminentur lieni ⁊ poſte-
rioribus ⁊ ſanabitur. Et iſti pulueres etiam reformant
matricem mulieris ſi ſuper ſcuciantur ſecretis ipſaruz.
Deinde accipe thus ⁊ colofoniaz. Iſti duo ſparge ſuper
carbones ignis locans infirmum ſuper illum fumum ꝙ
intret corpus ipſius ⁊ ſanabitur lien. ¶Lumbrici ſunt
vermes qui naſcuntur in inteſtinis hominis ſeu alteri-
us animalis.cura:comede zeduariam ieiunus attamen
prius tene ad vnam horam in ore.⁊ poſt hoc glutire de-
bes:⁊ tunc incontinenti moriuntur omnes. Sequitur ali
ud remedium contra lienteriam paſſionem quando qs
magnas ſedes patitur ⁊ homo eſtimat vt viſcera eius
exirent hec infirmitas interdum fit ex comeſtione nimia
⁊ ferculis malis.⁊ taliz egritudo mortificat hominem ſe
pius. Et ſic interdum detur ei zuccharum roſaceum dia
aradon abbatis vel roſatam nouellam. Et adhuc vnga
tur oleo roſarum ⁊ emplaſtrum conficiatur ex roſis:⁊ ex
pomis quercinis maſtice ⁊ margaritis:hec omnia con-
diantur ⁊ excoquantur in aceto:⁊ fiat poſitio ſuper cor-
pus eius. Si autez illa infirmitas ex feruore proceſſerit
tunc ſibi vnguentũ fit ex menta:⁊ balneum ipſius aque in
qua cocte ſunt roſe vue grich que cum coſto:⁊ ſcias qδ
hec medela multum prodeſt.

MOrphea eſt defedatio cutis maculoſa:vel
morphea dicitur eſſe caſus criniuz ⁊ bar-
be.⁊ eſt differentia inter allopiciaz ⁊ mor
pheam:quia allopicia eſt caſus capillorũ
⁊ criniuz capitis.cura. Recipe oua formi
carum ⁊ ebulum.j.atib contunde:⁊ ſuccuz:⁊ acetum bo
num:⁊ aurum puriſſimum puluerizetur: ⁊ cum eo ve-
xura:ideſt locus perungatur. Item fel caprinum ⁊ ſan-
guis veſpertilionis perunctum caput aut barbam cu-
rat. ¶Mania eſt inſania vel alienatio mẽtis.vel ſic:Ma
nia eſt corruptio anime ſine febre. cura fercula eius ſint
leuia ſicut caro caprina:⁊ pulli.⁊ noua oua aſſature mol
les ⁊ bibat vinum limphatum: ⁊ cum aqua permixtum
balneetur ⁊ cõmiſceatur cum mulieribus:quia per hoc
ira ſedatur ⁊ veſania mitigatur ⁊ inciditur:ei vena circa
pedicam paruam: quia talis minutio firme bene curat
vel etiam alia minutio cõmunis. Melancolia vero a ni
gro felle eſt dicta.

NEruorum oppilatio dicitur eſſe paſſio quã-
do nerui oppilant.cura nerua adipe ſeu pin
guedine accipitris ſepius inungi debent.
¶Neufreſis dicitur eſſe dolor lumborum.

OBtalmia eſt apoſtema naſcens ſuper albedĩ
nem oculorum.cura:vena in vtroqꝫ pede ſu-
pra pedicam maiorem incidatur ⁊ multuz
prodeſt. ¶Oppilatio ſplenis vel epatis eſt
quando epar vel ſplen oppilatur.vel obſcu-
ratur ⁊ non perficit opera digeſtionis.cura. Recipe ſter
cus vacce ſiccuñ ⁊ ſucum vrtice tria oua olei optimi ſul
phuris confice hec ⁊ fac emplaſtrum ⁊ ẽ optimum: ſple
neticis:epaticis:ydropicis: ⁊ hoc abſconde qꝛ donũ dei
ẽ penſare volenti.

PAraleſis eſt neruorum mollificatio cuz ab
latione ſenſus ⁊ motus. Cura: recipe ſter-
cora pullorum. ciconie cuz adhuc ſunt in
nido contunde ⁊ cribra per pannum ſubti
le:poſtea recipe aſſungiaz porci ⁊ liquefac
⁊ impone puluerem ⁊ fiat vnguentum cum quo vnge lo
cum dolentem. ¶Paraleſis viſceruz eſt que cauſatur in
viſceribus. Cura:recipe hyrundines iuuenes:deinde ex
coria ⁊ viſcera eorum bene mundẽtur:⁊ imponantur vi-
ceuerſa:⁊ hoc aſſari debet:⁊ mundare ⁊ comedere ꝑ trez
dies. Aliud recipe ter quantum ad manum potes cape-
re de bacchis lauri viridibus ⁊ tantum de ſaluia:⁊ deco
quas bene ĩ bona ceruiſia triticiali.⁊ bibe ieiuno ſtoma-
cho. ¶Peripleumonia eſt apoſtema canalium pulmo-
nis vel peripleumonia eſt collectio circa pulmonem: fit
autem de humore collectio in ꝑtibus pulmõis. ¶Pleu
reſis eſt apoſtema calidum lacertorum ſeu panniculo-
rum ſeu velaminum coſtarum. Et pleureſis a pleura co
ſta dicitur:⁊ inde tunc fiunt punctiones laterum. Cura:
contra laterum punctiones excoquatur mel cuz lacte ca
prino ⁊ madefac in illo panniculum:⁊ hoc ſuperpone la
teri languenti ⁊ ceſſabunt punctiones. ¶Ptiſis eſt hu-
miditatis conſumptio quando conſumit corpus ⁊ exic
catur:⁊ ita qlibet exiccatus poteſt dici ptiſicus. ⁊ febris
ethica idem eſt. Cura:recipe roſam ⁊ polipodium ⁊ co-
que cum vino bene:⁊ bibe ſero ⁊ mane. ¶Profluuium ẽ
immoderata menſtruorum emiſſio. Cura: ſtercus gatti
cum reſina ⁊ roſa ſuppoſitum profluuium mulieris re-
primit ⁊ ceſſare facit. ¶Polipus eſt ſuperflua in narib⁹
caro ex groſſis ⁊ viſcoſis humoribus facta. ¶Boliſm⁹
eſt infirmitas per quam homo ſemper continue come-
dere appetit ⁊ tamen ſaturari aliquo cibo nõ poteſt. Si
vero ſaturatur ſtatim euomit more canino: ⁊ poſt hoc
ſtatim eſurit vt prius ⁊ talis infirmitas interdum proue
nit ex frigore magno: ⁊ tunc parum ſitit. Si vero proue-
nit ex frigore nimio tunc ſemper lingua ſiccatur: ⁊ mul-
tum bibere poteſt. ¶Podagra eſt paſſio pedum cũ do-
lore calcanei ⁊ pollicis. Cura: fricetur dolor ſepe cum te-
ſticulis vulpinis.⁊ adeps vulpis idem facit ⁊ cum pelle
eius innoluatur.

REuma eſt fluxus humoris a capite ad par-
tes ſubiectas. Cura.yſop⁹ torrefactus ⁊ cal
ue capiti appoſitus multum valet. Ad idem
due vene ſub lingua aperiantur.

SCotomia ⁊ vertigo ſunt viſiones vẽtoſitates
⁊ ſunt proprie paſſiones ſenſus cõmunis. Cu
ra ſume radicem ebuli:⁊ priuz deſicca.⁊ inde
fac lixiuium ⁊ frequenter caput laua. ¶Stu
por eſt diminutio ſenſus ⁊ mentis. Cura:ve-
na in occipite tangatur. ¶Sternutatio ẽ mo
tus naturalis cerebri fortis ⁊ validus ꝓpter expulſionẽ
nociuorũ. ¶Spaſmus eſt egritudo neruorũ contrahenz
neruũ contra ſuã originẽ. ¶Squinantia ẽ apoſtema gut
turis viam anhelitus impediens ⁊ cibi. Cura: due vene
ſub lingua minuantur. ¶Sincopis eſt defectus caloris
naturalis vel eſt ablatio ſenſus in toto corpore ſm ma-
iorem partem:propter debilitatem cordis. ¶Singult⁹
eſt quaſi ſpaſmus ſtomachi repleti aut inaniti ab humo
re aliquo

UVA. BHSC. IyR_173_2

re aliquo viciati propter expulſionem nociuorum. Cura aliquid inopinoſum ⁊ anxium inopinate ⁊ ſubito patienti nunciandum eſt ⁊ ceſſabit. ¶ Stranguria interpretat᷑ guttatim vrine emiſſio. Cura: thus cum pulegio coquat᷑ in vino ⁊ bibat in balneo. ¶ Satiriaſis eſt continua erectio virge cum appetitu ad coitum. Cura: ſuper renes vẽtoſas pone ⁊ extrahe ſanguinem. ¶ Suffocatio matricis eſt aſcenſus matricis ad ſuperiora propter humores corruptos. Cura: teſticuli vulpis in oleo veteri cocti ⁊ poſſarium mulieribus impoſitum curat matricem ſuffocatam. ¶ Sciatica eſt paſſio ſcie .i. anche vnde homines coguntur claudicare. ¶ Serpigo eſt quedam ſpecies ſcabiei. ¶ Scurria eſt quando vrina ex ſe inſenſibiliter emittitur.

Tetanus eſt maior contractio neruorum a ceruice vſq; ad dorſum. ¶ Thenaſmon eſt appetitus ⁊ voluntas nimia egerendi cũ modico aut nullo effectu. ¶ Tuſſis eſt violenta commotio ſpiritualis virtutis ad expellendum ſuperfluitatem in ſpiritualibꝰ. ¶ Tumor teſticulorum eſt quando teſticuli tumeſcunt. ¶ Tortiones ventris cauſantur ex ventoſitate.

Venenum eſt materia ſubtilis aquoſa horribiliſſime qualitatis a tota ſubſtantia premens corpus humanum. ¶ Viſcerana eſt infirmitas per quam homo cruorem emittit per poſteriora. ¶ Vlceratio lingue fit quando vlcera ſeu puſtule in lingua generantur. ¶ Vertigo eſt infirmitas capitis. Cura: omni hora dum vadis dormitum recipe tres guttas vrine ⁊ pone ad nares probatum eſt: quia multum valet. ¶ Fetor oris fit multipliciter aliquando euenit ex putrefactione dentium. Aliquando ex putrefactione inteſtinorum: ⁊ alio modo fetidus anhelitus appellatur. Cura: ſi fit ex putrefactione dentium vel oris: tunc debes lauare os quanto melius potes ⁊ ceſſabit fetor oris. Poſt hoc Recipe hanc medicinã videlicet duos lothones vitrioli albi ⁊ mellis quattuor lothones primitus contunde vitriolum bene: poſt hoc commiſce cum melle ⁊ vnge cum eodem gingiuas bene vna cum dentibus. Si autem fuerit fetor ex ſtomacho. Recipe pillulas aureas vnũ quẽt: ⁊ da patienti: ⁊ ſimiliter detur ei eſula cum vino calido: ⁊ poſt hoc dentur ei iſti pulueres: cinamomum: gariofilus: piper: ciminum: agreſte: ⁊ crocum: cuiuſlibet vnum loth. hec omnia ſimul contunde: ⁊ da ei manducare ⁊ ſanabitur a fetore.

UVA. BHSC. IyR_173_2



UVA. BHSC. IyR_173_2

¶ Conſilium clariſſimi doctoꝛis domini Petri de tauſſignano pro peſte euitanda.

In nomine Jeſu Chꝛiſti mundi creatoꝛis Amen.

¶ Incipit tractatus de obſeruanda vita pro pꝛeſeruatione ſanitatis tempoꝛe peſtilentie.

CUm omne animal per inſtinctum nature conetur defendere coꝛpus ſuum: ⁊ pꝛolongare vitam. Homo maxime qui ꝓualet omnibus alijs animalibꝰ per rationem ⁊ intellectū quibus dotatus eſt: dꝫ ſe fatigare ad pꝛolongationem ⁊ conſeruationē ſui ipſius. Ad hoc vt ipſe poſſit operari aliquem fructum virtutis. Qui ſit nutrimentum ſibi ⁊ illis q ſequuntur politice. Et ideo clementiſſime domine qui digne appellaris pijſſimus ſum diſpoſitus reducere hunc tractatum in tali foꝛma. Quem ego Petrus de tauſſignano phiſicus mandante ſereniſſimo pꝛincipe Galeazo comite virtutum ad hec vt fiat conſeruatio tue vite tue que non ſolum eſt vtilis tibi: ſed etiā illis qui viuunt ſub tua ſaluberrima fronde compilaui.

¶ Pꝛimum capitulum.

GAlienus in libꝛo de ingenio ſanitatis pꝛimo circa finem dicit: ꝙ nos decet non habere negligentiam in complemento ipſius ſanitatis ideo eſt magne perfectionis in iſto tempoꝛe habere aliquod conſilium contra vires peſtilentiales demonſtrando ingenium maxime illoꝛum a quibus dependet ſalus ⁊ vtilitas multarum gentium que virtuoſe recte ab illis ſunt.

¶ De rebus demonſtrandis in hoc opere.

QUattuoꝛ ſunt enim res pꝛincipaliter demonſtrande: ⁊ pꝛima eſt quot ſunt cauſe peſtilentiales: ⁊ que res ſit peſtilentia: ⁊ que ſunt infirmitates peſtilentiales. Secnnda eſt regimen pꝛouidendo pꝛeſeruatione ꝙ ſcilicet regimen reperitur circa ſex res non naturales: ⁊ circa aliq̄s medicinas. Tertia eſt in remouendo aliquas queſtioneſ que communiter fiunt. Quarta eſt ad manifeſtandum regimen curationis illoꝛum qui ſunt infirmi moꝛbo peſtilētiali. Ad declarationem pꝛime partis eſt ſciendum ꝙ ad peſtilentiam concurrunt quattuoꝛ res. Pꝛima eſt diſpoſitio infirmi. Secunda eſt foꝛtitudo rei inducentis infirmitatem. Tertia eſt contactus. Quarta eſt moꝛa que eſt inductiua magni nocumenti tempoꝛe peſtifero.

¶ De diſpoſitione infirmi.

QUantum ad pꝛimam cām diſpoſitionis infirmi: dico ꝙ ipſa eſt pꝛincipaliſſima cauſa coꝛruptionis ⁊ infirmitatis: qꝛ operationes rerum actiuaꝝ non poſſunt generare ſe niſi in rebus aptis ⁊ diſpoſitis ad recipienduꝫ ipſarum actionē: vt dicit Ariſto. ij. de anima. ⁊ Gal. in lib. ð differentis febꝛium: capitulo de febꝛe peſtilentiali: ꝙ nullum agens inducit effectum aliquem niſi ex diſpoſitione paſſi. ⁊ Auicenna quarto can̄. fen. pꝛima cap̄. quarti tractatus: dicit ꝙ coꝛpoꝛa diſpoſita ad recipiendum talem actionem ſunt vtentes nimio coitu ⁊ nimium comedentes: ⁊ habentes poꝛos latos: ⁊ ſimiliter coꝛpoꝛa que ſunt conſimilis qualitatis qualitati aeris coꝛrupti vt ſūt coꝛpoꝛa repleta ſuperfluitatibus. Et ideo Gal. lib. i. cap. v. ð differentijs febꝛium dicit: ꝙ eſt neceſſe tempoꝛe peſtis ð ſiccare coꝛpoꝛa humida: ⁊ ea deſiccata cōſeruare: ⁊ illos qui ſuperfluitatibus ſunt repleti euacuare: ⁊ oppilationes aperire: ⁊ ⁊ parum inferius dicit: ꝙ ille qui tempate exercet coꝛpus ſuum ⁊ cibis temperatis vtitur: omnino non eſt paſſibilis: qꝛ in eo nō eſt diſpoſitio infirmitatis.

¶ De foꝛtitudine agentis.

SEcunda cauſa eſt foꝛtitudo agentis: quia aer in iſta actione dicitur operans: ⁊ dupli ci de cauſa poteſt dici operans. Pꝛima quia coꝛpoꝛa paſſibilia debite applicantur ipſi: ⁊ indebite tangit nos intus: ⁊ extra per introitum poꝛoꝛum.

¶ De contactu.

TErtia eſt contactus: qꝛ in iſto tempoꝛe eſt mala aeris pꝛopꝛietas nō ſolū ꝑ qualitateꝫ: ſed per operationē modi ſuppoſiti: ⁊ iſta cā foꝛtioꝛ pꝛima. Quia vbi materia reperit diſpoſita inducitur effectus. vbi autem non eſt diſpoſitum ad talem effectum introducendū non: vt habetur. viij. phy. ⁊ a Galieno pꝛimo de interioꝛibus.

¶ De loco peſtifero.

QUarta eſt moꝛari in loco peſtilentioſo quia aer continuo dimittit de ſua mala pꝛopꝛietate: ⁊ ſic diſponit coꝛpoꝛa ad coꝛruptionem.

¶ De cauſis pꝛopꝛietatis peſtilentie.

QUia aer nos conſeruat eſt videndum de cauſis pꝛopꝛietatis peſtilentie. Et dico ꝙ cauſe ſunt duplices. pꝛima eſt vniuerſalis ⁊ remota: q̄ eſt diſpoſitio aduenies a foꝛmis ⁊ imaginibus celi. Quo habēt neceſſario illud cuius aduentus a medico ignoꝛatur. Que diſpoſitioneſ faciunt coꝛrumpere aquam: ⁊ adhuc pꝛoducūt coꝛruptiones putrefactiōes i viſceribus terre: ⁊ iſtud maxime aduenit per eclipſim ſolis ⁊ lune. ⁊ coniunctione planetaꝝ. Pꝛeſertim de ſaturno ⁊ marte cum ſtellis fixis: vꝭ per coadunationem illaꝝ ſtellaꝝ in ſigno humāo: ⁊ pꝛopꝛie quādo habuit in domo: vel per reuolutionem anni inundantijs ſm̄ ꝙ dictat Petrus de Abano in conſilio ſuo differētia nonageſimatertia. Alie ſunt cauſe particulares q̄ ſūt vapoꝛes coꝛrupti permixti cum aere vſqꝫ ad minimas partes: leuati a terra putrida: vt eſt quando aperiunꝭ cauerne vel clauſure aeris: vel quando alique res ſunt poſite in aqua: vt linum canepa. ⁊ ſimiles res: vel vt ſunt coꝛpoꝛa moꝛtua non ſepulta: vel arboꝛ male pꝛopꝛietatis: vt nux: ficus ⁊ ſimiles res. Poſſent aſſignari alie cauſe q̄s obmitto bꝛeuitatis cauſa.

¶ Que res ſit peſtilentia.

IDeo dico ꝙ peſtilentia eſt vna mutatio fcā in aere: ⁊ talis mutatio pōt eē duplex. Pꝛimo in qualitate. Secundo in ſubā. De pꝛimo qū aer efficiꝭ rabiduſ ſine aliq̄ pꝛimaꝝ qualitatū firmi fcādaꝝ. Que hn̄t i tm̄ exiccare mētes hominū ꝙ ⁊ generatiōes ⁊ vita coꝛrumpunꝭ: vt accidit illis athenarū. Sicut a Galieno habeꝭ pꝛimo de differentijs febꝛiū: de hoc tn̄ hic ſermo nō eſt. Secūda eſt mutatio in ſubſtātia ꝑꝑ cōmixtiōe vapoꝝ coꝛruptoꝝ ad minimas partes ipſius aeris: vn̄ totū aggregatū diciꝭ coꝛruptū ex mala ꝓpꝛietate reſpectu generatiōis humane. Et iſta mutatio diciꝭ eſſe in ſubſtantia: nō qꝛ ſolū ſit i ſubſtantia: ſꝫ in qualitate. ſtat ꝙ aliquādo aliqua mutatio ſit in qualitate: ⁊ ſit parua. tn̄ ēt eſt in ſubſtantia. qꝛ iſta mala pꝛopꝛietas ſequiꝭ odio ſubſtātiā accidētis illius aeris. ⁊ iſta eſt de qua loquiꝭ. Et vt pōt cōpꝛehendi per ſupꝛadictas auctoꝛitates. ⁊ mō iſto pōt diffiniri.

¶ Diffinitio pꝛopꝛie peſtilētie.

PEſtilentia eſt putrefactio que aduenit aeri ſimiliſ putredini aque que balneat putridū. Certe aer ſic ingroſſaꝭ. ⁊ coꝛrumpiꝭ ex puluere iſtoꝝ vapoꝝ maloꝝ permixtoꝝ. ſicut coꝛrūpiꝭ aqua ꝑ appoſitionē lini vel eiꝰ ſimile.

¶ Que ſint

UVA. BHSC. IyR_173_2

Que ſint infirmitates peſtilentiales.

Dico ergo ꝙ infirmitates peſtilentiales ſunt
duplices.ſ.particulares:ꝛ communes.Par
ticulares ſunt que non vnomet tempoꝛe ad
ueniunt multis.Et tales adueniunt per ad
miniſtrationem ſex rerum non naturaliuꝫ in
quibus homines indifferenter pereant: vel
adueniunt plus quam alteri.Et iſtud eſt quãdo aduenit
carbunculus vel quando affligunt vnum:ꝛ non multos
ſtantes in bona diſpoſitione.Communis eſt duplex.Et
ideo vnus eſt vſus:vel cognoſcitur in regione vel ciuita
te:vel appellatur Endymiacus quaſi veniens ex latere
dextro:ꝛ eſt maxime pꝛopter aquam illius loci vel ventũ
vt apparet in aliquibus ciuitatibus vel locis in quibus
generantur Botia ſub mento ꝛ in alijs locis timebunt
cura.Quam ponit Galienus in.viij.de interioꝛibus ꝙ
nunquam vidit talem infirmitatem ſicut continetur in li
bꝛo de aere ꝛ aqua.Sed de pꝛedictis hic non loquitur.
Alia eſt infirmitas peſtilentialis communis:ꝛ pꝛopꝛie di
citur epidimialis ab epi quod eſt ſupꝛa:ꝛ alia quod ē ſu
pꝛa alias.Que ſic diffinitur īfirmitas epidimialis eſt fa
cta ſubito ꝛ in vno momento tempoꝛis.Communis mul
titudine hominum:quia in tali epidimia egritudines ap
parent diuerſe.Nam aliquibus inſunt carbũculi cum fe
bꝛe:aliquibus diſinterie:aliquibus glandule: vel apoſte
mata:aliquando variole:aliquãdo moꝛbili:ꝛ appellatur
ſubita ad differentiam vndimialis que venit paulatim.
Omnis alie ſunt poſite pꝛopꝛie ad differentiaꝫ febꝛis pe
ſtilentialis:ꝛ illud ſufficiat pꝛo pꝛimo capitulo pꝛeſentis
tractatus.

Secundum capitulum in quo continetur regimen cu
ratiuum.

Dicto de pꝛimo reſtat dicere de ſecundo vꝫ
de regimine. Et iſtud debet fieri circa ſex
res non naturales:ꝛ aliquas medicinales.
Regulariter operando pꝛo inquiſitiõe iſta
rum rerum eſt ſciendum ꝙ meo viſu homi
nis deficiunt tribus modis.Pꝛimo modo per viam ol
fatiõis venenoſe que aggreditur membꝛa pꝛincipalia.ſ.
coꝛ:cerebꝛum:ꝛ epar.Et iſti moꝛiuntur cum ſigno peſtilē
tiali.vꝫ per inflationem:glandulam in emunctoꝛijs illoꝛũ
membꝛoꝛũ pꝛincipaliũ.Et tamen quando coꝛ offenditur
ſignum apparet ſub aſſellis.Et quãdo cerebꝛum poſt au
res.Et quando epar in inguinibus.ſ.dextro.Et quando ſ
ſplene in inguine ſiniſtro.Et adhuc adueniunt carbũculi
in alijs partibus coꝛpoꝛis.Et iſtud conuenit quando eſt
maioꝛ putrefactio ꝛ aduſtio humoꝛum ad intra coꝛpus
quos natura in quantum poteſt conatur expellere.Ideo
quando apparent carbũculi iuxta membꝛa pꝛincipalia:
vt eſt in pectoꝛe indicant peius:quia eſt ſignum ꝙ tales
humoꝛes ſunt aduſti ꝛ putrefacti circa regiones coꝛdiſ.
Secundario eſt per viam ſuffocationis naturalis caloꝛiſ
facte a cauſa humida ꝛ aquoſa putrefactibili. Et certe
nos videmus ꝛ vidimus humiditates coadunari in no
ſtris coꝛpoꝛibus pꝛeſertim in capite per quas fiunt apo
ſtemata in gula:que appellantur ſquinãtie:ꝛ ex illis mo
riuntur.Aliquando deſcendunt multi catarri qui ſubito
ſuffocant homines.Aliquando generantur multe ſurdi
tates:ꝛ grauedines capitis.Et colligationes oculoꝛum:
generantur etiaꝫ multe pigritie.Multas paleres:ꝛ apo
ſtexes:ꝛ epilēſie:que in pꝛeſenti Floꝛentie regnat.Tertio
quia vermes generati ex malis humoꝛibus per putredi
nem illoꝛum veniunt ad partes ſuperioꝛes coꝛpoꝛis:ꝛ
ibi faciunt leſionem moꝛdendo intantũ ꝙ coꝛpoꝛa ſinco
pizant:nihilominus recuperatur:ꝛ ſi non ſubito auxilian
tur moꝛiuntur:ita per doloꝛem ſicut per fumos veneno
ſos eleuatos ab illis qui coꝛrumpunt ꝛ reſoluunt ſpirit⁹:
iſtis talibus modis ꝛ alijs qui reducuntur ad iſtos eſt
contra operandum per actus pꝛeuiſiuos: qui continent
in ſex rebus non naturalibus.que ſunt aer:cibus potus:
ſomnus:ꝛ vigilia motus.ꝛ quies:inanitio ꝛ repletio. Et
accidentia anime de quibus particulatim eſt videndum
ꝛ pꝛimo de aere.

De ſignis quando aer eſt peſtilentiatus.

Tunc aer efficitur peſtilentialis quando ver
mes ꝛ reptilia apparent vel variole que res
communiter pꝛecedunt ſine moꝛbo peſtilen
tiali.Tunc quilibet debet rectificare aerē vel
ire in loco in quo non apparēt ſigna iſta.Et ſe
curius eſt ire vbi non ſint:nec in pꝛeterito fuerint.Cauſa
eſt quia reliquie que remanſerunt poſt epidimiã habent
coꝛrumpere illos qui ſe transferunt ad illũ locũ:ſicut fer
mentũ qđ circundat a farina: habet diſponere farinam
ad fermentationē:ita ꝛ aer iam peſtilētiatuꝫ habet diſpo
nere coꝛpoꝛa:ideo non eſt reuertendum ad loca in quib⁹
fuerunt epidimia.vel peſtilentie.immo eſt inſiſtenduꝫ in
omnibus locis circa rectificationem aeris.

De rectificatione aeris.

Circa rectificationem aeris.Pꝛimo in quan
tuꝫ poſſumus eſt exiccandus ipſe aer in do
mibus que inhabitantur:ſcilicet cum igne
facto ex lignis quercus:vel fermentoꝛũ be
ne ſiccoꝛum lauri:myrtili:iuniperis:ꝛ alioꝝ
odoꝛiferũ lignoꝝ.Suffumiget camera mane ꝛ ſero cum
maſtice:thure:ꝛ myrrha:terbentina:ſandaraca: cipꝛeſſo:
ſquinanto:ſauina:acoꝛo:ꝛ ſimilibus.Aſpergatur domus
ꝛ maxime camera cum aceto vini odoꝛiferi:ꝛ aqua roſa
ta.Et cũ multis citriꝫ ſuſpenſiꝫ pꝛo camera:ꝛ ferre in ma
ne:ꝛ olfacere pomuꝫ laudani:cuius hec permixtio.Reci
pe laudani.ʒ.i.heen albi ꝛ rubei.ro.ru.ana.ʒ.ij.ſtoꝛacis li
quide.ʒ.iij.mirrhe folioꝛũ mēte Garioſiloꝛũ.ana.ʒ.i cam
phoꝛe.ʒ.i.miſceant ꝛ incoꝛpoꝛent cum aqua roſata:ꝛ ſuc
co bugloſſe ꝛ melliſſe ꝛ fiat pomum.

De regimine cibi ꝛ potus.

Cibus debet eſſe talis ſubſtantie.Panis re
cens vnius vel duoꝛũ dierũ ꝛ bene fermen
tatus.vel de ſpelta munda a coꝛtice.Confe
ctus cum puluere aniſoꝛum ꝛ ſale bene coi
ctus.Potus vinum album clarum:ꝛ poli
tum ex medio ſapoꝛe:nec rubeum:nec fumoſum:vt ſpũs
ꝛ humoꝛes non calefiant:nec nimis paruũ.Sed ſi poſſib
le eſt vinum vetus:qꝛ magis depuratũ eſt: magis deſic
cat ꝛ manus recedit ab aquoſitate Et debet vinum inaq̃
ri cum aqua cocta ꝛ plus in eſtate q̃ꝫ in hyeme eſt biben
dum.Et nota ꝙ potare aliquantulum vini maluatici an
teq̃ꝫ homo domum exeat:vel alterius vini potētis ē vti
le:qꝛ multi fumi exiccantur:ꝛ ſpũs confoꝛtant ꝛ coꝛrobo
rantur.Et aqua que decoquit debet eſſe curſiua: ex loco
petroſo:vel bene arenoſo:vel ex fonte claro.Et ſapoꝛ de
bet intendere ad dulcedinem.

De regimine ſapoꝛum.

Et ſciendum ꝙ omnes ſapoꝛes debent eē ex
limonibus vel ex arancijs vel granatiſ aceto
ſis permixti cum iſtis aromatibus: quarum
hec eſt deſcriptio.Recipe cinamomi boni ꝛ
electi: zinziberis garioſiloꝛum.ana.ʒ.ſ.Been
albi ꝛ rubei.ʒ.ſ.coꝛalloꝛum alboꝛum ꝛ rubeoꝛum ana.ʒ.i.
cardamomi.ʒ.ij.croci.ʒ.ſ.zuccari albi ad pondus omniũ
Et fiat puluis ſubtiliſſimus cribelatus per ſiricum.Et
minoꝛ quantitas ſumatur in hyeme q̃ꝫ in eſtate.Si non
eſt aliquod impediens:vt eſt frigiditas ſtomachi.Cõiter
eſt vti arancijs:granatis ꝛ citris.Et de ſemine illoꝛũ qui
habēt fulgurare pꝛopꝛietatem in iſto omnimode recipi
ant.vel in foꝛma trazee vel in decoctione carniũ: vel aliq̃
alio modo:niſi pateretur leſionem calculi.Ubi continue
eſt neceſſitas ꝙ vie ſint late ꝛ aperte.

De aceto

UVA. BHSC. IyR_173_2

¶De aceto.

SEmper eſt bonum vti aceto niſi ſit impedi-
ens:⁊ conficere cum eo ſapores. Preter q̃
in ſtrictura pectoris: alias frigiditate ſto-
machi. Sed acetum debet eſſe boni vini al-
bi:vt eſſet maluatici vel rubole ⁊c.

¶De quo debet eſſe ferculum.

FErculum debet eſſe ex ſpelta:mileo: riſo lenti
bus remota prima aqua:panicũ panis elixa
tus:brodium ciceris rubei cum cortice. Ra-
dices feniculi:apij:ferculum confectũ ex ouo
eſt bonum. Paſte malum eſt. Et omnia alia
fercula communia:exceptis iſtis. Ferculum ſpinaciorũ
petroſiliorum boraginis ſcolopendrie:⁊ habentia ſingu-
larem virtutem.ſ.rutha:marubiũ:yſopus:⁊ ſcabioſa ⁊c.

¶De capparibus ⁊ fructibus vtendis.

CApparis conditi cum aceto maxime in prin-
cipio cene. Supponendo aliquid ex aromati
bus p̃dictis maxime in hyeme. Sepe come-
dendo cum aceto in modica quantitate eſt
vtile. Nam generat humorem corrodentem venenum:
ſm Auicennam.ij.cañ.omnia alia agrumina ſunt euitan
da. Oua cocta in prunis:vel in aqua remoto albumine
ſunt valde vtilia. Piſces omnes ſunt euitãdi propter hu
miditatem ſuam:⁊ preſertim illorũ qui habent ſquamas
magnas. Et ita anguille poteſt vti aliquibꝰ vicibus: par
uis piſcibus fluminis vel lacualis vel maris. Sed eſt
bene ſquamandus:⁊ eijciendo interiora:poſtea abluere
⁊ fricare cum aniſiꝫ:⁊ aceto:⁊ aſſari:⁊ non frixari cũ oleo
⁊ comedantur cum aromatibus ſupradictis. Et in hye-
me in maiori quantitate quam in alijs tẽporibus. Poſt
comeſtionem piſcium vinum potetur potens. Et ſimul
cum comeſtione comedere aliquas nuces auelanas: vel
amigdalas. Lac euitare opꝫ propter ſuam citam corru-
ptionem. Sed poſt aſſumptionem omnium ciborum ⁊
potuum poteſt ſumi aliquantulum caſei: quia confortat
virtutem digeſtiuam. fructus omnes ſunt mali: quãuis
loco fructuum eſt bonum ſumere poſt cibum corriãdroſ
confectos:⁊ eſt multum vtile vt continetur ſecundo cañ.
Nota ꝙ in principio prandij eſt bonũ comedere tria fo
lia ruthe:duos ficuus ſiccos:⁊ vnam nucẽ inſimul: ⁊ eſt
medicina ſpecialis contra peſtilentiam: ⁊ contra quo
libet venenum. In tantum ꝙ illi qui timent toxicari de
berent valde vti.

¶De repletione ⁊ imbandiſionum diuerſitatibus.

DIco enim ꝙ quilibet caueat ſibi a nimia co-
meſtione ⁊ potu. Sed debet vti pauco cibo
reſpectu ſoliti:⁊ ſic etiã potu:quia ſuperflui
tates multiplicantur propter nimiam come
ſtionem ⁊ potum. Diuerſitates imbandiſionũ ſunt ma-
le:ideo quilibet habet contentari de vna imbandiſione.
Et ſi plures preparantur comedat de illa ſufficienter q̃
melius poteſt digeri. Euacuatio eſt prouocanda:⁊ bene-
ficium ventris:ſi natura per ſe non operatur vꝫ cum ſup-
poſitorio:cliſterijs:vel pillulis:cuius deſcriptionem in-
ferius dicam vie vrinales teneantur aperte cum diure-
ticis:⁊ pori cum fricationibus factis ſtomacho ieiuno.
purgationes cerebri debent procurari per nares: vel ꝑ
palatum:⁊ eſt euacuandum corpus ab omni ſuperfluita
te quantum poſſibile eſt.

¶De fleubotbomia.

SI ſanguis in corpore fuerit vincẽs erit fleu
bothomandus vt declinet ab omnimoda
complexiõe. Et vniuerſaliter vſus diminuẽ
di iſtis temporibus eſt vtilis:ſi ſemel in mẽ
ſe ⁊ parum in vice. Et vbi autem alij humo
res ſint vincẽteſ.ſ.melancolia per viam adu
ſtiones:vel colera admixta ſanguini eſt intendendũ cir
ca ipſorum exiccationem.i.circa euacuationem:⁊ ſi eſſet
corpus non ſanũ non eſſet intẽdendũ cũ euacuationibuſ.
Sed abſtineat ſe a rebus ſupradictis.

¶De ſomno ⁊ vigilia.

CAuendum eſt a nimia dormitione maxime
de die:nec etiam poſt cibum immediate: ſi
nõ eſt completa vel mediata prima digeſtio
nec eſt bonum dormire ſupinus. Sed in pri
mo ſomno ſupra latus dextrum. per duas
horas:deinde ſupra ſiniſtrum:poſtea reuer-
tere ſupra dextrum. Ultimo ſomnos ſit cum capite bene
eleuato. ⁊ ſit bene coopertus:bonum eſt vigilare ꝑ duas
aut tres horas poſt cibum.

¶De motu ⁊ quiete.

CAuendum eſt quando actualis eſt epidi-
mia a forti exercitio ⁊ maxime in aere de
tecto. Sed ſi fiat aliquod exercitiũ fiat
in aere non aperto ſtomacho ieiuno. Et
antequam veniat actualis epidimia:fati-
get corpus ſuum:quia tunc magis lauda-
tur exercitium q̃ quies.

¶De accidentibus anime.

AB ira:triſtitia:⁊ timore: ſollicitudine cogi-
tatione cauendum eſt:ſed congaudendum
eſt:⁊ delectandum:cum ſomno:cantu:hiſto
rijs:⁊ his ſimilibus.

¶De coitu carnali.

ABſtinendum eſt ab actu coitus: ⁊ ſi non in
totum pro maiori parte. Et ideo tunc non ẽ
bonum vxorem ducere, nec nouum matri-
moniũ procurare. Similiter ⁊ politice con
uerſatiões:⁊ maxime illi qui ſunt corrupti:
vel magis apti corruptioni.

¶De medicinis iſtis temporibus preparandis.

SEx ſunt medicine preparande. Prima ẽ ad
miniſtratio pillularum poſitarum ab Aui-
cenna quarto canonis capitulo de preſerua
tione a peſtilentia cuius deſcriptione hec
eſt. Recipe aloes epatici.ʒ.ij. myrrhe croci.
ana.ʒ.i.conficiantur cum ſucco menthe ⁊ ſi
ant in forma cicerꝭ. Et aſſumatur omni die
vna in mane ante cibum, ⁊ habent reſoluere ⁊ deſiccare
prohibendo putredinem. ¶ Et ſi ille qui aſſumit eſſet
aptus inflammationi tempore eſtiuo addatur.ʒ.i. terre
ſigillate ⁊ reformentur cum aqua roſata:ſed in alijs tem
poribus fiat vt dictum eſt.

¶De thiriaca.

SEcunda eſt aſſumptio thiriace bene fermẽ-
tate ex decem annis in hac regione de qua
habet ſumi in omni hebdomada.ʒ.i.i eſtate
cum aqua roſacea. In hyeme cum bono vi
no odorifero:vel ſumatur cum ſucco ro.vel
aqua citri: ⁊ ante cibum per ſex horas ſto-
macho ieiuno:⁊ ab omni repletiõe remoto.

¶De metridato.

TErtia medicina eſt metridatum: ⁊ in quo-
libet caſu plus quam thiriaca ⁊ in quali-
bet ſeptimana ſumatur.ʒ.i. ⁊ quinq̃ hore
ieiunare. Et debet ſumi ſtomacho ieiuno:
⁊ ab omni repletione remoto.⁊ ſit fermen-
tatum ad minus per vnum annum.

¶De coriandris.

QUarta medicina eſt aſſumptio coriandrorũ
confectorum de mane. Ex quibus ſumatur
coclear vnum. Deinde ſumatur tertia pars
vnius ciati vini odoriferi. Similiter aſſum-
ptio zuccari roſati tempore ⁊ hora magni eſus.

Contra

UVA. BHSC. IyR_173_2

Contra vermes.

Quinta medicina eſt contra vermes: ⁊ dico ꝙ illi qui ſuut diſpoſiti ad generationem vermium: ſumant omni mane vnum ciatum vini in quo bulitum ſit abſintbium vſqꝫ ad conſumationem tertie partis decoctionis.

Sexta medicina preparatoria videlicet ſyrupus auctorum.

Sexta medicina ⁊ vltima eſt ſyrupus bic deſcriptus ab auctoribus vicibus ſum expertꝰ eo: quia reddit corpus mūdum a ſuperfluitatibus: ⁊ per conſequens deſiccat: confortādo cor: cerebrum: ⁊ epar ⁊ omnia alia mēbra. Et quātitaꝫ que bꝫ ſumi in vice eſt. ℥. i. ſ. Cui bec deſcriptio. Recipe corticum citri: radices capparis: berberis: ſandalorū vtriuſqꝫ ſpodij. ana. ʒ. ij. gariofilate: bugloſe: meliſſe: boragini: cicoree. ana. ℥. i. acetoſe epatice: marubij. ana. ℥. ſ. lactuce ſilueſtris. ʒ. ij. ſeminum communium: violarum. ana. ℥. i. timij: epitimi: ſene: polipodij: ana. ʒ. i. ſuci abſintbij: ſuci fumi terre: ſuci tbebulorum: ana. ℥. i. diagredij. ʒ. ij. zuccari albi libras duas: ⁊ fiat ſyrupus ⁊ acetoſetur: cum aceto ſuci ciconiorum quod ſufficit ⁊ vtere eo ⁊c.

De modo ſumendi bas ſex medicinas.

Modus adminiſtrationis barum ſex medicinarum eſt talis. In prima die ſumat ſyrupuꝫ. in pulſu aue marie. i. in aurora ⁊ ſupra dormiat per vnam vel duas boras. Secūdo die capiat. ʒ. i. tbiriace. tertia die capiat coclear vnum coriandrorum. Quarta die decoctionem contra vermes. Quinta die. ʒ. i. pillularum ſupradictaꝝ. Sexta die quieſcat. Septima die capiat aliquod predictorum. Et non eſt malum ſi omni bebdomada capiatur ʒ. i. illarum pillularum. Et illa die quo capiuntur pillule non capiatur aliquod predictorum.

Capitulum tertium in quo mouentur quedam dubia.

Primum dubium eſt. Cum omnia inferiora regantur ⁊ gubernentur per ſuperiora maxime per ſolem ⁊ lunam: vt patet primo metbeororum. Et cum neceſſario iſte mundus inferior ſit continue ſubiectus impreſſionibꝰ ſuperioris mundi. vt omnis virtus inferioris guberneꝶ per ſuperiorem. Qualiter bec cauſe ſuperiores poſſunt eſſe cauſe inferiorum cauſarum. Ad quod reſpondetur. Nam res ſuperiores ſemper intendunt conſeruationem inferiorum: vt babetur a pbiloſopbo primo metbeororum. Sed per accidens aliquando ſunt cauſe corruptionis ⁊ mortis: quia mouentur in ſuis circuitibus per varios ⁊ diuerſos motus ⁊ propter boc babent diuerſas coniunctiones ⁊ aſpectus. Qua de cauſa ipſarum influētie ſuper cauſas inferiores faciunt ſimul alterationem. ⁊ boc contingit quia illud quod debet conſeruari ab influentijs non conſeruatur. Sed diſponitur ad corruptioneꝫ per tales influentias alteratas vt patet.

Qualiter epidimia poteſt prouenire a putrefactione aeris.

Secundum dubium eſt. Cum aer ſit ſimplex ⁊ putredo ſit quoddam mixtum: nec aliud ꝗꝫ idebita mixtio bumidi cum ſicco. Qualiter epidimia poteſt prouenire a putrefactione aeris eſt: quia aer ē plenus ignis vt Ariſto. quinta particula probleumatum: probleumate. xviij. Cui reſpondetur ꝙ aer ſimplex non corrumpitur in ſe. Sed ꝑ admixtionem vaporum terrenorum vel aquoſorum corrumpitur. Et quia ignis non babet commixtionem alterius elementi nō corrumpitur. Sed omnia alia ſic vt patet quarto metbeororum. Omne elementum corrumpiꝶ preter ignis. Ergo cum aer qui nos circundat non ſit purus neqꝫ ſimplex vt ait Auicen. primo canonis fen. ij. capitulo de aere. Nos dicimus ꝙ aer eſt quaſi vna aqua maris vel lacune quamuis non ſit purus neque ſimplex tamen poteſt corrumpi. Et de iſto non loquitur pbiloſopbus in preallegato probleumate: ſed de puro aere in loco proprio.

Quare magis vno tempore cauſatur peſtis quam alio.

Tertium dubiuꝫ eſt propter quid eſt ꝙ epidimia plus aduenit tempore eſtiuo ⁊ autumnali quam alijs temporibus. Cum aer tunc ſit calidus ⁊ ſiccus: ⁊ per conſequens remotus a putrefactione. Ad quod ſic reſpondeꝶ: ꝙ quinque ſunt cauſe propter quas citius accidit in eſtate ⁊ in autumno. Prima eſt quia aere exiſtente ſubtiliato a caliditate precedenti eſt magis aptus recipere omneꝫ impreſſionem vaporum ⁊ fumorum mixtorum ⁊ congregationem ipſorum. Quare ſequitur ꝙ citius ⁊ leuius cauſatur putredo. Secunda cauſa eſt quia caliditas precedens que propter ſuam ſiccitatem probibebit putredinem eſt nimis eleuata ⁊ adducta vſqꝫ ad finem. Tertia cauſa eſt ꝙ cum venti multiplicantur aſportant ſecū malos vapores eleuatos ex malis locis remanendo in aere cauſa corruptionis peſtilentie. Quarta cauſa eſt qꝛ corpora pluribus ſuperfluitatibus multiplicantur: ⁊ virtutes naturales ſunt debilitate propter diuerſitatem temporum reſoluentium calorem naturalem per motum intrinſecum ⁊ extrinſecum. vt apparet in commento primo tertij pronoſticorum. Quinta cauſa eſt: qꝛ tunc multi fructus ſunt qui babent diſponere corpora ad putrefactionem propter nimium vſum eorum.

De aliquibus auibus que tempore peſtis nō babitant in aere epidimiato.

Quartum dubium eſt propter quid eſt ꝙ tēpore epidimie alique aues conſuete babitare mōtes ⁊ volare in altum: babitant planiciem: ⁊ volant iuxta terram: ⁊ ſic econuerſo. De babitantibus planiciem: tunc temporis. Similiter aliqui ſerpentes: mures ⁊ ſimilia. Reſpondetur ꝙ quando aer prius corrumpitur quam aqua propter formaꝫ celorum vel imaginum que babent de boc facere neceſſario. Aduentus quarum ignoratur a medico inquantuꝫ medicus: aues que volendo aufugire corruptionem babitant montes ⁊ volant in altum ⁊ veniunt ad planiciem ⁊ volant prope terram. Sed quando in terra generaꝶ corruptio. ⁊ putredo prius quam in aere: tunc aues ⁊ ſerpēteꝫ aſſueti babitare illam planiciem fugiunt putrefactionem ⁊ corruptionem terre: ⁊ vadunt ad montes ⁊ ibi babitant: ⁊ volant in altum quantum poſſunt. Et aliquando apparent aues que recedunt a montibus ⁊ veniunt ad planiciem. Et poſt aliquot tempus reuertuntur ad montes ⁊ dimittunt planiciem. Cauſa eſt qꝛ primo corruptio aduenit montibus. Deinde per tractuꝫ temporis accidit in viſceribus terre: qꝛ aer eſt ſubtilioris ſubſtātie ⁊ leuioris alterationis ꝗꝫ terra. Deinde per continuationem corruptionis ⁊ alterationis: etiā fit in terra. Ideo epidimia incipit primo in aere ſubtiliori ⁊ fortiori ⁊ citius agrediꝶ ꝗꝫ in groſſiori ⁊ debiliori.

Que corpora citius offenduntur tꝑe epidimie.

Quintum dubium eſt. Que corpora citiuſ offenduntur tꝑe epidimie. An corpora que babent poros latos. An que babent ſtrictos vꝶ frigida ſeu calida: ſicca: vel bumida. Ad euidentiā quinti ſexti octaui. Eſt ſciendū ꝙ aliq ſunt corpora que babent poroſ latos naturaꝶ: vt ſunt calida ⁊ bumida.

UVA. BHSC. IyR_173_2

lida ⁊ humida. Et aliqui hn̄t poros ſtrictos: vt ſunt frigida ⁊ ſicca. Adhuc aliqua ſunt que habent repletionem ⁊ oppilationē que reddunt poros ſtrictos. Et aliqua nō hn̄t oppilationē aliquam. Et circa hec dico ꝙ quattuoꝛ ſunt notāda. ¶ Primū eſt ꝙ coꝛpoꝛa que hn̄t poros ſtrictos naturaliter que non ſunt oppilata vt ſunt melancolici: vt alique vetule minus leduntᷣ. tūc tempus alijs coꝛpoꝛibus. Quia remiſſa caliditas coꝛdis ⁊ paucus aer ꝑ poros attrahitᷣ: qꝛ poꝛi ſunt ſtricti ⁊ ēt qꝛ ille paucus aer pauco tp̄e retinetᷣ: qꝛ non ſunt oppilati nec repleti. Etiaꝫ illi qui hn̄t qualitates conditionales ꝓhibentes coꝛruptionem: ac putredinē, vt eſt frigiditas ⁊ ſiccitas. ¶ Secundo dico ꝙ coꝛpoꝛa que hn̄t naturaliter poros latos ⁊ efficiuntᷣ ſtricti per oppilationes, vt ſunt coꝛpoꝛa repleta q̄uis ſint robuſta: nihilominus plus offenduntᷣ i aere peſtilentiali alijs coꝛpoꝛibus. Ratio eſt qꝛ multū aer eſt attractus ad intra ſic ꝓpter inſpirationē ⁊ expirationeꝫ ⁊ ſic qꝛ oppilata ſunt longo tp̄e retinentᷣ: ⁊ non ſit depreſſio illoꝝ ab aere. Et adhuc fumi capinoſi non purgātur. Et qꝛ habent qualitates conditionales confoꝛmes huic coꝛruptioni videlicet caliditatem ⁊ humiditatem: ⁊ prohibetᷣ debita tranſpiratio que eſt cā coꝛruptiōis. Tertio dico ꝙ illi q hn̄t poros naturaliter ſtrictos ⁊ oppilatos minꝰ offenduntᷣ q̄ꝫ coꝛpoꝛa prius dicta ⁊ omnibus alijs ab his magis leduntᷣ. Prima pars eſt manifeſta ꝑ rōnē primi dicti: ⁊ ꝑ rōnes q̄ dicentᷣ in quarto dicto. ¶ Quarto dico ꝙ coꝛꝑa que hn̄t poros latos naturaliter ⁊ ſunt oppilata magiꝫ offenduntᷣ q̄ꝫ coꝛpoꝛa dicta in primo dicto. Sed minus quam coꝛpoꝛa dicta in ſecundo. ⁊ tertio dicto: Ideo prime partes ſunt manifeſte ꝑ rōnes primi dicti ⁊ eſt manifeſta rō ſecundi dicti, ſed tertia pars ſic ꝓbatur qꝛ coꝛpoꝛa tertij dicti hꝫ oppilatiōes ꝑ quas prohibetur tranſpiratio. ergo fit coꝛruptio ꝓpꝛij calidi. ⁊ interceptio caliditatis medie eſt epidimialis: ⁊ ideo leviter intrarēt epidimias. ¶ Quinta rō eſt in coꝛpoꝛe tertij dicti. Aer eſt attractus ⁊ retentus longo tp̄e ⁊ ſpatio ⁊ virtus que hꝫ contra operari eſt debilis. ergo generatᷣ putrefactio in talibus coꝛpoꝛibus: ſufficiant ergo iſte rōnes contra aliquos. ¶ Quibus de cauſis eſt manifeſtū ꝙ coꝛpoꝛa calida ⁊ humida que habent poros naturaliter latos ⁊ oppilatos magis offenduntur. Poſtea iſta q̄ habent naturaliter ſtrictos. ⁊ adhuc oppilatos ſunt magis offenſi. Ultimo illa que habent ſtrictos ⁊ non oppilatos ſunt offenſi.

¶ Qualiter aliqua coꝛpoꝛa in epidimia moꝛiuntᷣ: ⁊ aliqua non.

Sextum dubiū eſt ꝓpter q̄d eſt ꝙ aliqua coꝛpoꝛa in epidimia moꝛiuntᷣ ⁊ aliqua non. Cuꝫ cāe ſint vniuerſales. Et quare vnus moꝛitᷣ in vna familia: alij vero non. Et aliq̄n moꝛiuntᷣ in vna domo: ⁊ vicini non. Aliq̄n in vna contracta: ⁊ in alia non. ¶ Reſpondetᷣ ꝙ ꝓpter diuerſitateꝫ infirmoꝝ cōplexionum ⁊ cōpoſitionuꝫ naturaliū ⁊ actualium repertaꝝ in illis. ⁊ ēt ꝓpter diuerſitateꝫ cauſaꝝ agētium que adueniunt ꝑ diuerſitateꝫ ⁊ aſpectus. Reſiduū inuenies in rōnibus none queſtionis.

¶ Quare in pn̄ti hoīes ⁊ non boues moꝛiuntᷣ.

Septimum dubium eſt: quare in preſenti homines ⁊ non boues moꝛiuntᷣ: ⁊ in anno preterito moꝛiebantur boues ⁊ non homines. ¶ Rn̄detur ꝙ iſtud accidit ꝑ rōneꝫ pꝛopꝛietatis ſingularis que tūc adheret aeri ꝓpter quam ꝓpꝛietateꝫ generatᷣ putredo in coꝛpoꝛibus hoīum: ⁊ non bouum. Et ita anno p̄terito poterat eſſe vna ꝓpꝛietas ſingularis in aere que habebat reſpectum ſupꝛa boues ⁊ non hoīes.

¶ Quare iuuenes robuſti ⁊ foꝛtes moꝛiuntur antiqui vero non.

Octauum dubium eſt ꝓpter quid robuſti ac foꝛtes moꝛiuntᷣ. Antiqui vero non. Eſt dicendum ꝙ antiqui ſunt ſine oppilatiōe ſiue pn̄t eſſe cum ſuis poꝛis ſtrictis naturaliter ⁊ nō oppilatis. Juuenes foꝛtes ⁊ robuſti hēbunt poros naturaliter latos ⁊ oppilatos. Ideo citius coꝛrūpuntᷣ ⁊ moꝛiuntᷣ ex iſta peſtilentia: qꝛ in iuuenculis plus de humiditatibus ⁊ ſuꝑfluitatibus abundant que diminutio caloꝛe naturali habent cauſare oppilatiōes. Et in pueris abundat humiditas: ⁊ regimen inoꝛdinatuꝫ que res faciunt oppilationes.

¶ Quare moniales ⁊ incarcerati non moꝛiuntᷣ.

Nonum dubiū eſt ꝓpter q̄d moniales ⁊ incarcerati non moꝛiuntᷣ: ⁊ aliq̄n oēs moꝛiuntur: ⁊ aliq̄n non. ¶ Rn̄detur ſic ꝙ illi qui habitāt aerem coopertum: ⁊ non fatigant ſe in aere detecto: nec habitant cū aliquo q habeat ipſum coꝛrumpere magis conſeruantᷣ. Sed aliquis vel aliqua ipſarū coꝛrūpatᷣ cōiter oēs ſe coꝛrūpunt qꝛ oēs inſimul cohabitant: ⁊ viuunt ⁊ anhelant ⁊ vnomet regimine ⁊ aere particulari: ēt per rōnem participationum aſpectus vnius loci qꝛ monaſteriuꝫ poteſt eſſe edificatū ſub tali aſcendēte ꝙ in vno tempoꝛe aer illius loci eſt magis coꝛruptus q̄ꝫ aer alterius loci. Ideo q̄n vnuꝫ moꝛitur in vna habitatione: alij debent recedere tanto citius quanto ſunt generati ex vno patre. Quia ſepe filij ſapiunt naturam patris. Ideo ſi vnus infirmatur alij ſunt diſpoſiti ad infirmitatem. Nihilominus aliquando contingit q̄d vnus moꝛitur in vna familia: ⁊ nō omnes pꝛopter diſpoſitiones participationū repertarum in illo: ⁊ non in alijs iſtud ſepe aduenit in vna cōtrata: ⁊ non in alijs: iſta dico de ciuitatibus.

¶ Quare patientes podagras non moꝛiuntᷣ.

Decimum dubiū eſt: ꝓpter quid eſt ꝙ patientes podagras non moꝛiuntᷣ iſtis tēpoꝛibus. ¶ Cui reſpōdetur ꝙ in podagris ſunt pauci humoꝛes ac oppilationes: ob quam cauſaꝫ humoꝛes pꝛaui deſcendunt ad extrema: ⁊ extrinſeca ⁊ ibi generat podagras, ideo non ſunt diſpoſiti ad ſe infirmandum.

¶ Quare epidimia venit vt plurimū poſt guerras.

Undecimuꝫ dubiū eſt pꝛopter quid eſt ꝙ epidimia vt plurimū venit poſt guerras ⁊ poſt famem ⁊c̄. ¶ Reſpōdeo ꝙ tempoꝛe guerarū regimen eſt inoꝛdinatum. Ob quam cām generantur pꝛaui humoꝛes in coꝛpoꝛibus diſpoſitis ad coꝛruptiōeꝫ. Ac ēt ꝓpter ſuperioꝛa que diſponunt ſepe guerras ⁊ ſepe diſponunt ad peſtilentiam: nec non poſt carituidinē veniunt peſtilentie: qꝛ tempoꝛe fertilitatis coꝛpoꝛa nimis replentur ob quam cām generantᷣ oppilationes. Deinde coꝛruptiōes: ⁊ hoc ſufficiat de tertio capitulo ⁊c̄.

Capitulum quartum de modo curatiuo.

Nunc ſequitᷣ quartum capitulum. In quo tractatur de actu curatiuo. Cuius intentio eſt triplex. Prima eſt circa virtutem. Secunda circa febꝛeꝫ. Tertia circa apoſtema. Primo circa primā intentionē eſt ſciendum ꝙ in febꝛicitantibus apparet virtus multuꝫ debilitata ⁊ iſtud accidit qꝛ ſpiritus maxime reſoluuntur. ac etiam cōplexionis membꝛoꝝ pꝛincipaliuꝫ ſunt alterate: ⁊ maxime cōplexio coꝛdis ab humoꝛibus venenoſis: qui querūt coꝛ a foꝛma ſpecifica: ⁊ alia membꝛa pꝛicipalia. Ideo inſiſtēdum eſt in dando cibos copioſe: boni ⁊ magni nutrimenti q leuiter digerātur: qꝛ leuiter poſſint digeri: ⁊ ſpiritus multiplicari: vt ſunt faſiani. pulli. ⁊ ꝑdices. ⁊ ſimilia. Condianturq̄ꝫ tales cibi cum aceto: agreſta: ſucco maloꝛum ranciorum. limonum. vino mali granati. ⁊ ſimilibus que

UVA. BHSC. IyR_173_2

habent ꝓhibere corruptionē infirmi. Capiant ēt tales cibi vltra appetitū: q2 vt plurimū in talibus deficit appetitus. Et minus ꝙ tempore ſanitatis. Eſt etiam vtendum ꝯfectionibus: electuarijs: aquis: ⁊ pulueribus: ac ēt alijs cordialibus que cōiter ponunt ab auctoribus. Ab extra ſunt membra confortanda principalia nō dimittendo. ſ. cor: cerebrū: ⁊ epar. Etiam alia membra vt ſtomachus: renes: ⁊ maxime confortet membrum in quo eſt talis hūor venenoſus. ⁊ iſtud fiat cū medicinis appropriatis membris confortandis. Aer camere ſic rectificet pro illis qui ſtant in camera: ſicut pro egro aſpergendo cum ramis ⁊ frondulis: ⁊ roſis madefactis in aceto cum ſandalis cū ꝑfumigijs ex myrrha: thure ſiloaloe: ſtoracē: ⁊ ſimilibus. Ponendo lintheamina madefacta in aceto cū cortinis: ⁊ ſepe renouando: ēt muri camere aſpergant ſepe aqua ⁊ aceto: ⁊ ſint ſuper lecto ⁊ banchis multi citri ⁊c.

¶ De corporis euacuatiōe ⁊ de cliſteri faciendo.

Secunda intentio eſt maxime in deſiccando: ⁊ euacuādo corpus: cū fleubotomia. vel ſolutione ventris. Quia ſi materia vincens fuerit ſanguinea incōtinenti eſt incipiendū a fleubotomia. In quo eſt apa. Ad hoc vt humor venenoſus non ſpargat p diuerſas partes corporis ēt conſentiente virtute copioſa fiat fleubotomia: ⁊ ſi materia vincens ſit alia a ſanguine: put colerica vel melancolica eſt euacuanda cū ſolutiuo appropriato illi. Et ſi illa materia fuerit ſanguinea ēt alijs humoribus ſuperabundantibus. In primis fiat fleubotomia. Conſequenter deſiccentur humores eradicādo ſi fieri pōt. Et ſi alique reliquie remanerēt ſunt digerende cū ſyrupis appropriatis. Sed primo eradicent: ⁊ ipſo intermedio fiat cliſtere cōe: ⁊ aliquantulum acutū ⁊ multū ē vtile vti continuo. ſ. bis in die. Similiter ſyrupus deſcriptus ante. Et poſſet in iſto caſu dare vna vice. in maiori q̄titate alijs caſibus.

¶ De cura apoſtematis.

Tertia intētio eſt circa apata ⁊ ad cyrurgicos ſpectat. Et eſt ſciendū ꝙ apata que apparent tempore peſtilentie: q̄ ſunt pernicioſa ⁊ mortalia ſunt iſta. ſ. antrax carbunculus glangula: vel patracha: ignis pſicus: ⁊ pruna de quibus dicet per ordinē. Et primo de antrace que dicit ab antro q2 naſcit in locis abſconſis cordis: vel q2 p antrum vadit ad cor ꝙ eſt in medio: ⁊ ſic diffinit. ¶ Antra eſt apa paruum ad modū puſtule in principio fraudulentum ⁊ venenoſum: qđ corrumpit particulam a qua eleuat adulterando illam ⁊ partes que ꝓpinquant tumefiunt ad formam ſanguinis cōbuſti: qui acqrit eam malitiam in prima aduſtione: ⁊ ex mortali rubedine: ⁊ cū vlterius accendit: ⁊ ardet augmentat venenū ⁊ malitia. Et acquiritur vnus color citrinus: ēt ſi vlterius accendit ꝙ locus efficiatur ſiccus. tunc augmentat gradus malicie: ⁊ intantū ꝙ corrumpit ſubito partes ad quas ptingit. Et facit punctura vt ignis: ⁊ efficit nigrum ac obſcurum. Et ſi cū eo exierit liquor ⁊ erit in ſuperficie membris ſimilis illi q fuit in corpore cōbuſto vt cauterizato ab igne: ob quā cām ſequit ꝙ antrax eſt ex tribus manneriebus. vt pȝ cū iſto apoſtemate. Adiungunt ſeua accidētia: vt eſt tremor cordis: ſincopis: debilitas pulſus. Et iſte accidit q2 vapores mali leuati veniunt ad cor. Inde parum differt a carbunculo. q2 eſt de materia ſanguinea non aduſta vel denigrata. Primo in illa eſt aliquis liquor: q per aduſtionē exacuit adhuc non eſt tante venenoſitatis vt eſt Antrax. Et appellat carbunculus quaſi carbone lucēte ⁊ nō mortuo. Circa ipm ſunt notande tres res. Prima eſt color: locus ⁊ diſpoſitio partis. vnde color niger eſt peior omnibus alijs. Deinde viridis. Deinde citrinus. Deinde rubeus. Unde locus eſt peior iuxta aliquod mēbrum principale: q̄ȝ extremalibus partibus. vnde diſpoſitio partis ē peior illa que eſt deſiccata q̄ȝ humectata.

¶ De cura antracis.

In cura antracis eſt euacuandum vt dictū fuit in interioribus ſm conſenſum virtutis, ac etatis. Secundario eſt euacuanda materia defluxa ad illius partem cum appoſitione ventoſe: ſimul cū ſcalpellatiōe. ⁊ cū ſanguiſugis ⁊ fiat cauterium cū ferro ignito. Et euitet cauterium cū cera ardenti: q2 congelatio cere ꝓhibet euaporationē maloꝝ vaporum. immo ſp argunt ꝑ membrū. Adhuc poteſt fieri cauteriū potentiale ex medicinis cauterizantibꝰ. vt eſt vitriolum. viride es. Arſenicū. Calx viua ⁊ capitellum factum de calce ⁊ ſapone: vel de aqua forti. ⁊ ex ſimilibus rebus. Etiā bonum eſt emplaſtrum factū de ſcabioſa: cū ipſa in pauco tempore mortificat. Similiter iſtud emplaſtrum eſt bonū. Recipe vitellum vnius oui. ⁊ cum illo permiſce de ſale quantū potes, ⁊ debes innouari de vna hora in aliam. Nihilominus ego laudo plus cauterium actuale: ⁊ debent adminiſtrari res que operentur contra venenum. Similiter detur hec medicina omni die. ¶ Recipe ſucci ſcabioſe. ℥. iij. terre ſigillate boli armeni loti. an̄. ʒ. ſ. miſceantur ⁊ potētur in mane. Similiter coagulum bibitum expellit venenum a corpore maxime coagulum leporis. In vice. ʒ. ſ. cum vino odorifero. Similiter ſucus citri. ʒ. ij. cum vino bono. Similiter terra ſigillata. ambra. coralli. metridatū. ⁊ tiriaca.

¶ Cura circa accidentia q̄ veniunt a prauitate materie.

Tertio eſt notandū circa accidentia que veniunt a prauitate materie ⁊ a caliditate ipſiꝰ. Et ēt a caliditate medicinarum quam facit cauterium. vel a cauterio actuali in parte infirma circunſtantis vt mortua cū aliquo ferro. vel vt q2 cauſatur dolor ⁊ eſt cā inflammatiōis, ⁊ apoſtemationis. Ideo dȝ expectari quouſq; naturaliter euellatur. ⁊ incidatur circa partes ſuas non dimittendo aliquid carnis infirme. ⁊ corruptio non vadat ad partes ſanas. Et ē bona ſcarificatio vt mali humores poſſint exire. ēt ventoſa euellit de profundo ſanguinē corruptum ⁊ venenoſum vt non reuertatur a circūferentia ad centrū. Fracta cute ⁊ excta materia venenoſa in eius euacuatione. Caueat ſibi medicus a malis fumis. ⁊ non tangat cū manu: q2 vna materia diſtillati ſubtilis eſt contagioſa in tantum ꝙ medici poſtea īfirmant. Immo apponat medicamen qđ abſtergat ⁊ mundificet. Sicut medicamē factum ex farina ordei ⁊ melle cū pauco ſalis apponendo ſoliū. ¶ Ad idē recipe ſarcocole mellis. an̄. ꝑtes equales miſceant ⁊ mirabiliter operat facta mundificatione adminiſtret generatiuum carnis. Et ſi eſt concauitas capiatur baſilicū ⁊ teratur ⁊ impleat concauitas ⁊ fiet generatio carnis. ¶ Ad idem recipe ariſtologie rotunde. cētauree minoris. pentafilon conſolide maioris. an̄. ꝑtes equales. ⁊ diſtillet aqua ad lambicum ⁊ reſeruet tempore. ⁊ ē mirabilis in reſeruatione carnis. ¶ Ad idem emplaſtrū ex coriandris recentibus ⁊ vuuis paſſis recentibus cū melle eſt bonum. ¶ Ad idem radix anfodilli cū fece vini. Similiter bertonica cū pinguedine emplaſtrata. Et iſta ſufficiant in cura carbunculi ⁊ antracis.

¶ Quare dicitur patrachia glandula ſiue buffo ⁊ ſilia.

Secundario eſt notandum de patrachia ſiue glandula vel buffone. Et dicit patrachia: a patrachio homine qui primo inter chriſtianos iuenit. Et dicit buffo ſiue bubo ad ſimilitudinē illius animalis. quod hic vocatur q2 tale apoſtema accidit in locis emunctorijs abſconditis. vt illud animal continuo ſtat. Sed differunt q2 patrachia fit de materia venenoſa. Bubo autē non. ideo ſic diffinit. Patrachia ē apoſtema venenoſū ꝓ-

dens qđ

UVA. BHSC. IyR_173_2

dens ꝙ operaꝶ circa pulſus cordis cum ſincopi ⁊ tremo
re:multiplicatur tpe peſtis in locis ꝑdictis : vt in collo.
Cauſa iſtius eſt cā diffinitionis que ēt eſt dicta ſupra. Et
differt a carbūculo:qꝛ materia ſua ꝗuis ſit ex ſanguine
non eſt tantum aduſta:vt in carbunculo:⁊ eſt ſignū alteri
us malitie.qꝛ occidit in tribus vꝉ quattuoꝛ diebus :⁊ ali
quando in paucioꝛibus:⁊ aliqñ in quinꝗ : ⁊ ſi peruenit
vſꝗ ad ſeptimum pōt ſperari . Aliquando generatur ex
materia flegmatica:⁊ aliqñ humida cum ſanguine ꝑmi-
xta. Similiter eſt differentia qꝛ carbunculus naſcitur in
extremitatibus:⁊ in aliꝫ ꝑtibus coꝛpoꝛis exceptis emū
ctoꝛijs . Et etiam in principio non cauſatur eſchera vt a
carbunculo.

¶ Modus curationis iſtoꝛum.

CIrca curam iſtius apātis. Sciendum ē ꝙ
duplex eſt intentio:ſcꝫ vniuerſalis ⁊ parti-
cularis. Uniuerſalis ſit ſꝫm intentionē. ſcōa
ita qꝫ ſi tale apā eſt ſub aſellis dextre fiat
fleubothomia ex alia parte in brachio:⁊ ex
vena coꝛ. Si poſt aurē fiat fleubothomia ex vena capitiꝫ
illius lateris in manu . Si in inguinibus ex ſaphena il li-
us lateris. Cura particularis eſt duplex ad hoc vt ma-
teria extrahaꝶ ſenſibiliter cum rebus que hñt extrahere
⁊ reſoluere vapoꝛes illius:⁊ hoc fit cū appoſitione vēto-
ſaꝝ ⁊ ſcalpellatione:⁊ ſanguiſugis:vel cū cauterio actua
li vel potētiali:vel cū omni alia re cū qua melius fieri po
teſt . Primo ſi apponiꝶ ventoſa cū igne. deinde fiat ſcarifi
catio:⁊ de nouo reponaꝶ vētoſa vel ſanguiſuge bone vel
habeaꝶ gallus ⁊ depileꝶ circa pudibunda apponaꝶ loco
ꝑ hoꝛam:⁊ in alia hoꝛa apponaꝶ alter:⁊ ſic fiat per totaꝫ
diem ⁊ venenū ita attrahitur a coꝛde galli. Ideo gallus
ſubito moꝛitur. Scōa eſt ꝙ fiant emplaſtra ꝗ habeant at
trahere ⁊ reſoluere ſenſibiliꝉr . Quoꝛū hec ſunt deſcriptio
nes. Recipe medulle fermenti. ℥. iiij. ſinapis. ſeminis vr
tice. añ. ℥. ſ. vitrioli. ʒ. ij. Cantaridarū numero. x. miſcean
tur ⁊ componanꝶ cum melle diſpumato. Ad ideꝫ recipe
capitellum factū ex calce viua:ſapone:⁊ cū ſaliua eſt bo-
nuꝫ. Ad idē recipe radi. naſturcij:agrimonie. añ. M. hec
buliant cū oleo de lilio:⁊ melle. añ. ℥. iiij. Ad idem recipe
cantaridaꝝ numero. x. pulueriꝫenꝶ:⁊ buliant cuꝫ oleo ve
teri vſꝗ ad ſpiſſitudinē ⁊ apponaꝶ loco. Aliꝺ recipe car-
tomi:nucis:rancide. ſeminis caulis. cepe ſtercoꝛis colū-
bini. añ. ℥. j. miſceantur ⁊ pulueriꝫenꝶ:⁊ fiat emplaſtrum:
ſimiliter appoſitio iſtius capitelli eſt multum vtilis.

¶ Ad frangendum ⁊ euacuandum apa.

SIngulares medicine que frangunt apa:⁊ eua
cuāt materiā ſenſibiliter ſunt iſte. vꝫ. Species
gūme:vt eſt galbina. euforbium. arſenicuꝫ. na
ſturtium. vrtica. ſemē ſinapis . nuces rancide
cantarelle. coꝛdumeni. ſaliſgēme. baurach. pi-
racion. ſtercus auium calidoꝛū. vt eſt columboꝛū:accipi-
truꝫ. ⁊ falconū. Componanꝶ oēs iſte res cū gummis ⁊ ſu
cis. vel melle. vel ſtercoꝛe auium. vel capitello vel lixiuio
foꝛti:quo vtunꝶ tictoꝛes:vel alchimiſte. ¶ Alia circa hoc
ſpecialis in materia iſenſibiliter reſoluatur. Recipe bau
rach. ſalis armoniaci. allei. piperis nigri. añ. partes equa
les piſtentur ⁊ miſceantur cum ſucco ſcabioſe :⁊ fiat em-
plaſtrum. ¶ Aliud bonū Cinogloſſa viridis ⁊ ſiccata tri-
ta inter duos lapides ſimiliter conſolida maioꝛ mirabili
ter operaꝶ. Et hoc vidi ꝑ experientiā qꝛ reſoluit venenū.
Similiter operaꝶ vincetoſicum ſiue antifoꝛata : qꝛ habet
ꝓprietatem ſingularem.

¶ De pruna ⁊ igne perſico.

MOdo reſtat iſtud capitulum videre ⁊ ē notan
duꝫ ꝙ dꝛ carbo vel pruna :qꝛ in principio ſue
apparitioniꝫ facit vnam aduſtionē ⁊ eſcharā
qꝛ coꝛrumpit partes ꝗbus ſuperuenit cū ſoꝛ
dicie deambulando ⁊ facit membꝛum nigrū
⁊ eſt de genere carbunculi ⁊ nihilominus differt ab illo:
qꝛ pruna gñaꝶ ex ſanguine ſubtili:vt ſepe apparet tpe pe
ſtilentie. Materia aūt carbunculi fit ex ſanguine groſſo
aduſto:vt dictuꝫ eſt: adhuc differunt qꝛ pruritus ꝑcedit
carbunculum, non aūt in pruna. Adhuc differunt qꝛ in ad
uentu carbunculi coloꝛ ſemꝑ eſt niger:⁊ in aduentu alio-
ruꝫ. Aliqñ rubeus. Aliqñ citrinus. Aliqñ viridis. Adhuc
eſt differentia inter carbonē:⁊ ignem perſicum : qꝛ ignis
perſicus eſt qñ colera predominaꝶ melācolie in tali adu-
ſtione. ⁊ tunc eſt nigredo circunſtans quantitatem ⁊ cuꝫ
tali coloꝛe. vel inſaniꝫ laudat tēpus capiendi thiriacaꝫ:ſa
nis ⁊ egris cū ſtomachꝰ vacuus fuerit ⁊ tu bene digeſſe
ris:⁊ aliqñ ad fabe egyptiace magnitudinē. aliqñ ad mo
duꝫ auelane. Et ad pondus ʒ. ſ. vel. ʒ. i. ad pluꝫ. ſꝫm quod
plus ad digeſtionem ſtomachi tempus habes :⁊ modo
cum aqua. modo cū vino , modo cum ſucco granati. mo-
do cum vua. modo cū ſucis. vt dictum eſt ſupra: appro-
priatis ꝙ tibi ex te ſcire relinquiꝶ. hoc modo medico lo-
gico ⁊ ſapienti. Ita adhuc circa exhibitionē ipſius tiria-
ce. Quam ego Petrus voco dominam medicinarū. Cō-
ſiderare ēt opoꝛtet anni tempus. regionē. ⁊ etatem. vtpu-
ta ſi eſtas eſt maxime cum calidioꝛ facta fuerit. Nam le-
ditur inde coꝛpus vt circa hoc. Gal. Hipocrateꝫ allegat
cum dicit. Etas ante caneꝫ moleſtas eſſe farmancias. Et
qꝛ vt plurimum febꝛes infert hoc tempus potius vten-
dum eſt iſto calidiſſimo tpe thiriaca:ſimiliter ab homi-
nibus magne caliditatis potius eſt vtenda niſi foꝛſam
cogat neceſſitas. ¶ Et eadem ratione qꝛ foꝛtioꝛ ē virtus
thiriace roboꝛe infantiū ꝓpterea ipſam Galienus infan-
tibus pꝛohibet exhiberi:niſi cauſa pꝛedicta:cuꝫ ipſe aſſe
rat ſe vidiſſe mirabiliter moꝛtuum fuiſſe infantem vnuꝫ
ex immoderato vſu thiriace:diſſoluit enim in totū ambi
tum eius ⁊ vētrē fluere fecit. ſicꝗꝫ ꝓp irrōnabilē aſſumptio
nē thiriace periijt infans. Galienuꝫ finaꝉr ꝯcludit ꝗ in ter
ra calida conuerſabitur:vt puta nigroꝛum vel ſimilium
caue vti farmaca. videlicet thiriaca niſi vt dictuꝫ ē in ne
ceſſarijs cauſis ⁊ ſufficiat tibi ea que inibi eſt caliditas.
¶ Quocirca a pꝛimo oꝛtu Julij:⁊ inquantum durant di
es caniculares:ſcilicet per totum vigeſimumſecundū di
em. Auguſti:⁊ hominibus calidiſſimis per totum augu
ſtum exhiberi inhibet thiriacam:niſi vt dictum eſt ſi eēt
neceſſitas maxima:vtputa peſtis:moꝛſus venenoſus fe-
rarum. ⁊ his ſimilia vel maioꝛa inſtarent.

UVA. BHSC. IyR_173_2

UVA. BHSC. IyR_173_2

¶ Incipit anothomia mundini.

Quia dixit Gal. ſeptimo terrapētice. Methodi. auctoritate Platonis: opus in aliqua ſcientia vel arte traditur tribus de cauſis. ¶ Primo vt quis ſatiſfaciat amicis. ¶ Secundo vt exercitetur quis exercitio vtiliſſimo quod eſt per intellectum. ¶ Tertio vt remedietur obliuiōi: que eſt ex ſenectute. Hinc eſt ꝙ his tribus de cauſis promptus propoſui meis ſcholaribus in medicina qõdam opus componere. Et quia cognitio partium ſubiecti in medicina: quod eſt corpus humanum: que loca diſpoſitionum appellatur: eſt vna partium ſcientie medicine: vt dicit Auerroys primo ſui Colliget. capitulo de diffinitione medicine. Hinc eſt ꝙ inter cetera nobis cognita cognitionem corporis humani ⁊ partiũ eius que ex anothomia inſurgit propoſui tradere: non hic obſeruãs ſtilum altum: ſed ſ̃m manualem operationem vobis magis tradam noticiam.

Situato itaqȝ corpore vel homine mortuo ꝑ decollationem vel ſuſpenſionem ſupino. Primo noticiam totius debemus habere. Secundo partium. nam cum omnis noſtra noticia incipiat a notioribus nobis. ⁊ que ſunt confuſa ſunt notiora: ⁊ totum confuſius ſit partibus a cognitione totius debemus incipere. ¶ Circa totum autē quod debemus cognoſcere eſt in quo homo differentiam habet ab alijs animalibus. Habet autem differentiam in tribus. ſ. in figura vel ſitu partium: ⁊ in moribus ſiue artibus: ⁊ in partibus quibuſdam. In figura namqȝ homo eſt ſtature recte: ⁊ hanc habuit propter quattuor cauſas. nam corpus humanum habet inter cetera animalia materiam leuiſſimam ſpumoſam ⁊ aeream. Et ideo ad ſuperiora eleuabilem. Secūdo inter cetera eiuſdem quantitatis calorem habet amplioꝛē cuius eſt ſemper ad ſuperiora eleuare. Tertio formam habet perfectiſſimam que cum angelis ⁊ intelligētijs que totum vniuerſum regunt cōmunicat. ⁊ ideo ſurſum eius ſenſus vniuerſi eſſe debent. Quarto ratione finis ſui fuit eiuſdem ſtature ⁊ figure recte: quia ipſe finaliter ordinatur ad intelligere ad qõ deſeruiunt ſenſus ⁊ maxime ſenſus viſus. vt apparet in ꝓhemio methaphiſice ⁊ ideo in ipſo debuit viſus ſituari. ⁊ cerebrum. ⁊ per conſequens caput ſitu tali vt poſſit omnia diuerſa ſenſibilia apꝑhendere. Et quia ad plura viſibilia ſe extendit quando ſituatur in alto: qõ apparet qꝛ cuſtodientes ciuitates vt poſſent a longe bene videre ſtatuunt ſua ſpectacula in loco alto. vt in turribus ⁊ huiuſmodi. vt dicit Gal. nono de iuuamentis membrorum. Et propter hoc ipſe ibi dicit. ⁊ etiam Auicen. iij. canoñ. in principio ꝙ neceſſitas in ſituando caput ſupius in homine non fuit propter cerebrũ: nec propter aures. nec propter os. nec propter nares. ſed propter oculos ⁊ ꝓpter cauſam dictā. Et ſic ex parte apparet omnium quattuor cauſarum ꝙ homo fuit ſtature recte: propter qõ vocatur antropos vel plantenus. i. plãta reuerſa: ⁊ microcoſmus. i. minor mundus. qꝛ ſurſum ⁊ deorſum habet ſicut mundus ⁊ vniuerſuȝ. Et eſt hec prima differentia. Secunda eſt ex moribus vel ex arte. Mores eniȝ inter cetera animalia magis habet manſuetos. nam eſt animal politicuȝ ⁊ ciuile: Arte omnia natura caret. non enim habet artem inſitam a natura; vt aranea. apes. ⁊ huiuſmodi. ad hoc vt percipat omnem artem. ſi enim haberet aliquam inſitam a natura: omni alia careret arte. vt dicit Gal. iiij. de iuuamentis. Differt etiam ab alijs in partibus. nam non habet partes multas. quas habent alia animalia intrinſecas. nam nõ habet partes q̄ ſunt a natura date vt arma ad defendendum ſicut ſunt cornua. roſtra. vngues longe. ⁊ iſtis caret. qꝛ habet organum organorum qõ eſt manus: que ſibi poteſt parare omne genus armorum ad defendendum. vt etiā dicit Gal. j. de iuuamētis. ⁊ ideo caruit a natura illis. vt oīa poſſit habere. Caruit etiaȝ partibus que piloſe: pennoſe: ⁊ ſquamoſe ſunt propter eandem cām: ⁊ etiam qꝛ non hȝ materiam multum ſuperfluam terreſtrem: que materia eſt illarum partium. Caruit etiam cauda propter eandeȝ cāȝ etiam qꝛ cum ſit ſtature erecte quietem operatur ſedendo: cauda enim ſeſſionem prohibet ⁊ hec ſufficiant de anothomia totius.

De partibus namqȝ licet ſint duplices. ſ. ſimplices ⁊ compoſite: de ſimplicibus non ponam diſtinctam anothomiam: qꝛ eorum anothomia non apparet in corpore deciſo: ſed magis in liquefacto in gurgitibus aquarũ. Sed ponendo anothomiam membrorum organicorum de conſimilibus loquar ſ̃m ꝙ ſimile aliquod in aliquo membro organico dñatur: vt de carne in anothomia coxe: ⁊ de oſſibus in anothomia dorſi ⁊ pedum ⁊ de neruis in anothomia cerebri ⁊ nuche. ¶ De membris auteȝ officialibus ſciendum ꝙ in q̄ȝpluribus ipſorum q̄ȝtum ad anothomiam factam in mortuis ſex ſunt videnda: vt dicit cōmentator Alexandrinus commento libri ſectarum ſ. que ipſorum ſit poſitio: que ſit eorum ſubſtantia: ⁊ ꝑ cōſequens concluſio que ſit eorum quantitas. numerus: figura: ⁊ continuitas eorum. Sed quantuȝ ad anothomiā ipſorum factam in viuis ſunt conſideranda duo que etiam in mortuis. vel mortuorum anothomia poſſunt quodammodo apparere. primum eſt que ſint iuuamenta ipſius ⁊ operationes. ſcd̃m eſt que ſint egritudines que in ipſo poſſunt contingere: ⁊ ſicuram aliquam appropriatā habeant que ſit illa oſtendatur. ¶ Diuiſio autem ⁊ numerus partium corporis eſt: qꝛ partes quedaȝ ſunt que extrema vel extremitates dicuntur. Quedam vero intrinſece ⁊ profunde: ⁊ illarum quedam ſunt que ordinantur immediate ad conſeruationē ſpeciei: quedam immediate ad conſeruationeȝ indiuidui. Prima ſunt membra genitalia. Scd̃a ſunt que in ventribus cōtinentur. Tres aũt ſunt ventres in corpore noſtro. ſ. ſuperior qui cōtinet mēbra animata vt caput. Inferior qui continet membra naturalia. Medius qui continet membra ſpiritualia. Primo tñ incipiam ab anothomia venrris inferioris. qꝛ illa membra fetida ſunt. Et ideo vt iſta primitus abijciātur ab eis incipiendum eſt. Secundario qꝛ omnis noſtra cognitio ⁊ ſpeculatio que eſt manuali conſiſtit operatione a notioribus nobis incipit: talia auteȝ cum ſint poſteriora ſunt nobis notiora. ¶ Primum auteȝ qõ eſt videre ex hoc ventre eſt ſubſtantia ⁊ cōplexio eius: qꝛ poſitio eius eſt ſatis nota: qꝛ fuit poſitus infra alios ventres propter imperfectionē eoruȝ mēbrorum. que continentur. qꝛ mēbrum quanto minus participat de nobilitate ⁊ ꝑfectione tanto magis locum infimum obtinet in genere membrorum: ſicut eſt in mundo in genere entium. Item qꝛ cōtinet membra deputata ad expurgandum ⁊ ad continendum feces ⁊ ſuperfluitates graues que. ſ. protendunt deorſum ⁊ ſpecialiter que ſunt accepte per ſurſum. Eſt ita qȝ ſubſtātia eius carnoſa. vt inteſtina ⁊ pelliculoſa. ⁊ carnoſa tamen magis. ⁊ ex hoc apparet ꝙ eſt complexionis calide ⁊ humide. Et cauſa quare fuit huiuſmodi venter carnoſus ⁊ pelliculoſus ⁊ non oſſuoſus eſt: qꝛ huiuſmodi venter habet continere membra q̄ propter aſſumptio

UVA. BHSC. IyR_173_2

nem cibi vt ſtomachus:⁊ propter repletionem ⁊ reten
tionem fecum:vel ex fecibus in concauum. vel ex aquo-
ſitate vel ex ventoſitate:vt ydropiſis:vel propter impre
gnationem vt matrix debet aliquādo tumeſcere. Si au
tem venter eſſet oſſuoſus non poſſet itumeſcere. ¶ Se-
cundum ꝙ oportet videre eſt numerus partium q̄titaꝫ
⁊ figura. partes enim ſunt duplices.ſ.intrinſece ⁊ extrin
ſece. Quedam ſunt directa:quedam collaterales extrin
ſece. directe ſunt que dicuntur correſpondere ori ſtoma-
chi ⁊ eſt pars in qua ſentitur os ſiue cartilago epiglo-
talis:que alio nomine nominatur pomum granatuꝫ de
qua ſuo loco apparebit:poſtea ē pars ſtomachalis que
ē ſupra vmbilicum vel diſtans ab vmbilico per quattu
or digitos. ¶ Tertio ē. pars vmbilicalis. ⁊ ē vbi ē vmbi
licus:cum quo ē alligatio fetus in matrice cū venis ma
tricis. Et propterea intrinſecis apparet vena quedam q̄
continuatur cum ipſo ⁊ ꝑtranſit per zirbuꝫ epatis in chi
lim.ſ.venam. iſta tñ priuata ē ſanguine. qr fruſtra ē poſt
partum a ꝓpria operatione:⁊ ꝓpterea continue euane-
ſcit. ⁊ ideo minor apparet in ſenibus qꝫ in iuuenibꝰ:ſicut
ēt euaneſcit artaria que cum dicta vena deſcēdit ad vm
bilicum fetus. Et qñ ē in vmbilico deſcendit inferius:⁊ ꝑ
ueniat ad artariam adorti iuxta ſpondiles renū ⁊ yliorꝫ
vt infra dicetur. ⁊ qñ excarnas mirach ꝓpe vmbilicum
hanc conſidera artariam q̄ ē ad modum nerui vel chor-
de. ¶ Quarto ē pars que vocatur ſumē infra vmbilicuꝫ
per quattuor digitos ⁊ ē pars in qua quedam vene ter-
minantur ad cutim per quas pueri exiſtētes in matrice
emittunt aquoſitates. Et ideo vt dicit Aui. tales vene ⁊
talis pars notior eſt in non natis qꝫ in perfectis:pꝫ quar
ta tertij in capitulo de cauſis. Ego hoc modo multotiēꝫ
monſtraui:qr in ꝑfectis fruſtratur ab operatiōe. ¶ Quī
to eſt pars que vocatur pecten in quam exiſtunt mem-
bra genitalia. ¶ Partes vero laterales ſunt duo: ypo-
cundria ⁊ ylia. Et eſt ypocundrium dextrum ⁊ ſiniſtrum.
dextrum vbi locatum eſt epar: ⁊ ypocundrium ſini-
ſtrum vbi locatum eſt ſplen ⁊ ylium dextrum ⁊ ſiniſtrum
ſimiliter.

His viſis partes magis intrinſecas diſcernas
ipſarum enim quedam ſunt continentes que
dam vero contente. Continentes cōmuni no-
mine vocantur mirach. Mirach aūt compo
nitur ex quinqꝫ partibus.ſ. cuti: pinguedine:
panniculo carnoſo muſculis ⁊ chordis eorum:⁊ ſiphac.
Cum raſorio igitur incide protrahendo a ſcuto oris ſto-
machi directe vſqꝫ ad oſſa pectinis leuiter incidendo cu
tim:poſtea iuxta vmbilicum ſm latitudinem incidas ꝓ-
trahendo a dextris ad ſiniſtras vſqꝫ ad dorſum. Poſtea
excoria ⁊ habebis primo cutim:poſt auteꝫ apparebit ſta
tim pinguedo maior tamē in porco qꝫ in homine. poſtea
locatus eſt pāniculus carnoſus qui non eſt neruoſus vt
alij. neqꝫ eſt carnoſus:vt muſculus. ſed eſt permixtus ex
carne ⁊ panniculo poſt euꝫ ſunt chorde ⁊ muſculi. ¶ Mu
ſculi ſunt octo vt dicit Galie. ſexto de iuuamentis mem-
brorum. capitulo penultimo. nam duo ſunt longitudina-
les:quorum fila protēdunt ſm longum a clipeo oris ſto
machi vſqꝫ ad oſſa pectinis. ideo vocati ſunt longitudi-
nales. ⁊ iſti non habent magnas chordas niſi ligamenta
les. poſt iſtos ſunt duo tranſuerſales ſuperiores. vnus a
dextris alter a ſiniſtris. ⁊ ambo oriuntur a ſuperioribuꝫ
iuxta coſtas. ⁊ deſinūt in chordas circa oſſa pectinis :ſic
quod dextera chorda tendit inferius ad ſiniſtrum: ⁊ ſini-
ſtram ad dextrum. ⁊ per oppoſitum ſunt procedentes in
feriores ad ſuperiora .quorum ortus eſt ab oſſibus pe-
ctinis. ⁊ anche ⁊ deſinunt in chordas:cum ad locum vbi
finiuntur coſte diriguntur ita quod chorde eorum cruci
antur adinuicem ad modum iſtius ✠ figure. ¶ Ultimo
poſt iſtos ſunt latitudinales. quorum fila protēdunt ſm
latum vnus dexter. ⁊ alter ſiniſter:⁊ ortus ⁊ apparentia
eorum eſt magis iuxta dorſum verſus ſurſum. ⁊ iſti cu m
longitudinalibus veniunt interſecantes ſe ad inuiceꝫ ad
angulos rectos. ⁊ hic eſt numerus. quātitas. poſitio. ſub
ſtantia. figura. colligantia. ⁊ continuitas. ¶ Iuuamentuꝫ
eorꝫ eſt duplex.ſ. cōe ⁊ ꝓpriū. Cōmune eſt duplex.ſ. princi
pale ⁊ ſecundarium. Principale ē. vt conſtituentes ſub-
ſtantiā ipſius mirach membra intrinſeca tueantur a no-
cumentis extrinſecis. ⁊ caliditaꝫ eorum reuerberetur ad
intra. Secundarium iuuamentum ē: vt adiuuent ad ex-
pulſionem fetus. ⁊ fecum cum mirach etiam adiuuent.
vt dicit Gal'. in eodem ſexto. Iuuamentum ſpeciale ē: qr
muſculi longitudinales ſunt facti ad attrahendum prin
cipaliter. Secundo ad expellendum. Et quia hec opera-
tio in inteſtinis maxime requiritur. ideo iſti muſculi fue
runt magni. expulſionem autem operantur per contra-
ctionem villorum ſuorum. quibus contractis exprimunt
membra que continent ⁊ per conſequens expellunt ꝙ in
eis continetur. Item hoc faciunt gratia dyafragmatis
cum quo continuantur ꝙ deſcendens a parte poſteriori
deorſum cauſa fit. quare inteſtina ⁊ menbra que contine-
tur ſunt quaſi inter duas manus. ⁊ ideo quando iſti mu-
ſculi contrahuntur comprimit dyafragma. ſic ꝙ illa mē
bra exprimunt quod in eis eſt, ſicut aliqua res contenta
inter duas manus expellitur per compreſſionem manu
um adinuicem. quod latius infra declarabitur in ano-
thomia dyafragmatis. Muſculi vero latitudiales ſunt
facti ad expellendum ⁊ propter hoc maxime immedia
tius approximantur inteſtinis, ⁊ expulſioneꝫ faciunt per
compreſſionem partis a qua debet fieri expulſio. Et ex-
pulſio debet fieri a ſuperioribus ad inferiora. ¶ Hinc eſt
quod iſti muſculi magis fuerunt poſiti ſuperius qꝫ infe
rius. Tranſuerſales vero facti ſunt ad retinendum. Re
tentio autem fit per villos tranſuerſales. vt apparet ter
tio de virtutibus naturalibus qua retentione oporte-
bat facere ne ſuperfluitates reaſcenderent ſuperius ad
locum ſuperiorem. vnde venit. ⁊ ne cito deſcenderent. ſed
continerentur vt totum iuuamentum exurgeretur. ideo
non fuerunt tantum duo tranſuerſales ſuperiores ſed ⁊
inferiores. Sed quia magis requiritur retētio ne regre
diantur ſuperius qꝫ quod deſcendant inferius. ⁊ ideo
maiores fuerunt tranſuerſales ſupiores quam iferiores.
Et ēt ad hoc facit dyafragma : vt poſtea dicet. ¶ Eleua
tis autem ⁊ abſciſis muſculis iſtis apparet ſiphac meli
us eſt tamen vt in vna parte reſeruātur iſti muſculi pro
pter illō quod poſtea oportet videre. ¶ Iſtud ſiphac eſt
panniculus ſubtiliſſimus. ⁊ valde durus. ⁊ iſte fuit factꝰ
vt prohiberetur ne muſculi cōprimerēt membra natura-
lia cum ea continerent:⁊ propter hoc fuit neruoſus ⁊ du
rus. vt poſſit dilatari ⁊ conſtringi quando illa dilatātur
⁊ fuit ſubtilis ne ea aggrauaret ⁊ fuit durus ne faciliter
rumperetur:nam ex eius fractura accidit paſſio que di-
citur ruptura ſeu crepatura. Intumeſcit eni hoc mirach
cum rumpitur hoc ſiphac. Sunt etiam eius alia duo iu-
uamenta que Auicen. ponit libro de animalibus capitu-
lo de anothomia ſtomachi.ſ. vt per contractionem eius
verſus dorſum cum quo alligatur expellat illud quod in
ſtomacho ⁊ inteſtinis ⁊ in matrice continetur: ⁊ hoc fac
ſimul cum dyafragmate cuꝫ quo continuatur:, vt poſtea
patebit. Aliud iuuamentum eſt vt alligetur inteſtina dor
ſo:vt ab ipſo vniuerſaliter oriantur pāniculi oīum mem-
brorū aliorū in eo contentorū. Alia vtilitas ſm Gal. qnto
de iuuamentis membrorū eſt ꝙ prohibet inteſtina a ru-
ptura quando inflantur a ventoſitate. Et ex his apparet
q̄ ſit ſubſtantia ipſius mirach ⁊ cōplexio eius apparet q̄
ſit eius poſitio quantitas partium:⁊ numerus apparet
que ſint iuuamenta ipſius. Reſtat autē videre de paſſio
nibus eius:pōt autē venter pati oē genus egritudinis.ſ.
malam

malam complexionem:malam compoſitionem ⁊ ſolutionem continuitatis.De cura male complexionis nihil dicam:quia non habet proprium in ſua curatione quod ex anothomia dependeat.mala autem compoſitio que eſt tumor preter naturam in ipſo eſt duplex:quedaz eſt apoſtema:⁊ quedam non.Prima non habet aliquod proprium niſi ꝙ in eruptione eius ſi rũpat ad intra ⁊ extra hec eſt peior q̃z ſi rumpat ad vnũ latus tantũ:⁊ ⁊ cauſa patet quia natura non habet ſupra quod ſe fundet in conſiliãdo vulnus.Mala autem complexio que non eſt apoſtema eſt inflatio ipſius vẽtris:que accidit in ydropiſi aſclite vel timpanite.Nam in aſclite aquoſitas continetur in concauitate ventris inter inteſtina ⁊ ſiphac:ſicut in timpanite ventoſitas cõtinetur:⁊ facit intumeſcere mirach.

¶ In curatione eius debes ſic procedere cum his q̃ ponunt auctores.Modus autez qui maxime dependet ex anothomia eſt extractio aquoſitatis per inciſionez.Modus autem eſt vt partez ſiphac quã modo inciſiſti reducas ſuper inteſtina:ita ꝙ ſtet ſicut in viuo:⁊ poſtea ydropico ſituato ſupino debes cutem trahere ſuperius:⁊ poſtea raſorium habere ⁊ perforare vſq3 ad ſiphac:ita ꝙ incidatur etiam ſiphac:⁊ tunc ſtatim debes habere canulã ⁊ ponere in foramine ⁊ extrahere de aquoſitate quãtũ ſuſtinet patiens ſemper tamẽ ſis memor ꝙ meliuſ eſt infra ſuſtinere q̃z exquiſitiſſime euacuare:⁊ ſpecialiter in ydropiſi propter debilitatem virtutis:poſtea dimitte cutim:quia redibit ad locum ſuum ⁊ recooperiet vulnus ⁊ ex aqua amplius non exibit.Ipſam vero quando vis extrahere plus retrahe cutim ſicut primo.Iſtud tamen volumus non facies niſi a lateribus:non in medio:q2 vulnus factum in medio non ita cito cõſolidatur propter ſiphac eſſe groſſius ⁊ ſolidius ibi q̃z in lateribus.Secundo propter chordas vulnus eſt paratum ducere ſpaſmum.Tertio quia aqua melius egreditur quia grauis eſt tendere deorſum.Si vero venter patiatur ſolutionem continuitatis:tunc illa ſolutio eſt penetrans in profunduz:aut nõ.Si autem non tunc eſt cura difficilis:ſi ſic tunc per vlnuſ aut egreditur aliquid de contentis aut non.Si ſic.aut illud quod egredietur eſt zirbus aut aliquid interiorum.Si zirbus tunc debet ſui cum ſyrico vel ligare iuxta cuti quantum poſſibile eſt:⁊ poſtea abſcindi:quia totuz de ipſo quantum contingit aer corrumpitur:⁊ ſi intromittatur corrumpitur ⁊ putrefacit alias partes:⁊ ideo debet abſcindi:⁊ poſt illud debet intromitti ⁊ filum diminui dimitti extra:⁊ dimittere labium apertum:quia natura cõſolidabit zirbum ⁊ expellet illud quod eſt cum filo alligatum:⁊ hoc facto debes conſolidare vulnus.Si vero illđ quod egreſſum eſt:eſt inteſtinum tunc aut inteſtinum eſt vulneratum:aut non:ſi non eſt vulneratum ⁊ neq3 ſubſtãtia alia eſt ei inuoluta quaz citius poteſt debet intromitti.Si vero aliqua ſubſtantia vt puluis eſt annexa vel etiam ſanguis debet lauari cum aqua calida ⁊ intromitti.Si vero propter moram ventoſitas ſit incluſa in eo:⁊ ex hoc intumeſcat ⁊ non poſſit intromitti:tunc cataplaſma reſolutiuum vel ſpongia madefacta in decoctione reſolutiua deſuper poni debet:⁊ detumeſcet:⁊ ſic intromittat.Si autem non poſſit detumefieri neq3 intromitti:tunc dilatetur vulnus mirach donec inteſtinum intromittatur.Cum autem inteſtinum fuerit inciſum:tunc ſi ipſum fuerit ex groſſis inteſtinis debent labia eius ſui cum ſyrico ſicut labia aliorum membrorum.Si vero ſit ex inteſtinis gracilibus:tunc non ſuſtinet ſuturaz niſi ſit profunda valde:⁊ talis impediet operationẽ eius.Et propter hoc melius eſt vt dimittatur ⁊ teneantur coniuncta labia vulneris cum capitibus formicarum magnarum:debent eniz labia inteſtini cõiungi:⁊ debes habere formicaſ magnaſ ⁊ facere ꝙ mordeant labia coniuncta vulneris:⁊ abſcindere caput ſtatim:⁊ ſic facere donec labia ſunt iuncta:⁊ tunc intromitte inteſtinum vt prius:hoc facto ad curandum ventris ſolutionem redi.Et iſtud vulnus curari debet cum reditione labiorum in vnum:⁊ reducta continentur in vnum ſutura facta cum ſyrico hoc modo.Nam in prima ſutura recipe totum mirach ex vna parte.ex oppoſita vero parte debet dimitti ſiphac:⁊ reliqua de mirach iu parte in qua dimiſſuz fuit ſiphac debet aſſui:⁊ ex alia parte ſiphac debet dimitti:⁊ ſic conſequenter ad hoc vt labium ſiphac iungatur ⁊ reducatur labio membri carniformis:vt fiat certior ⁊ firmior conſolidatio vulneris:⁊ eodem modo vulnus hoc ſi per ſeipſum nil ſit egreſſum:⁊ hoc de anothomia mirach quod eſt membrum continens ſufficiat ⁊c̃.

REſtat videre de anothomia contentorũ:hec membra ſunt numero decem.Primum qđ occurrit eſt zirbus.Secundum inteſtina.Tertium ſtomachus.Quartum ſplen.Quintum epar.Sextum meſinterium.Septimum renes.Octauum veſica.Nonum teſticuli.⁊ vaſa ſpermatica ⁊ matrix in muliere.Decimum eſt virga cuz collo veſice.De zirbo autem primo quod oportet videre eſt locus eius:locus eniz eius in homine eſt quia cooperit ſtomachum ab anteriori parte:⁊ omnia inteſtina:⁊ lz in alijs non cooperiat omnia inteſtina:hoc fuit quia hõ inter cetera animalia eiuſdem quantitatis eſt debilioris digeſtiue virtutis.⁊ etiam quia inteſtina nociuis exterioribus ſunt magis diſpoſita propter cutem eius ſubtiliorem eſſe ⁊ minus piloſam.Ex hoc etiã poteſt patere ſm ꝙ ſit eius iuuamentum.Iuuamentũ.n.eius eſt principaliter confortare virtutem digeſtiuam ſtomachi:⁊ interiorum reuerberando calorem naturalem ad ſtomachum.Et propterea dixit Gal.quinto de ingenio ſanitatis ꝙ quidam miles in bello fuit vulneratus cui epiplex ideſt zirbus fuit abſciſus tamẽ ex vulnere ſanatus eſt:ex quo tamen poſtea non potuit digerere.Et ex his conſequenter patet tertium inquirendum de ipſo ſcilicet de ſubſtantia eius.ſubſtantia eius non fuit ſimplex:ſed compoſita ⁊ fabricata ex ſubſtantijs que habent calefacere:⁊ propterea fuit compoſitus ex triplici.ſubſtantia ſicut dicit Gal.x.de iuuamentis membrorum ſcilicet ex pãniculis ſubtilibus duobus:ex adipe ſepoſa.Ex arterijs ⁊ venis.Et ex panniculis.Primo vt ibi panniculi continerent alia:⁊ etiam quia iſte zirbus debebat eſſe extenſibilis leuis ⁊ denſus vt caliditatem reuerberat:⁊ ad hoc autem magis poteſt ſubſtantia pãnicularis ⁊ aliqua alia.Secũdo in ipſo fuit adeps quia calefacit cum ſit valde propinqua caliditati vel in potentia ad caliduz.Tertio arterie ⁊ vene que multum calefaciunt.Ex hoc patent reliqua duo ſcilicet quis ſit numerus partium eius:⁊ que ſit colligantia eius:nã habet colligantiaz ad membra ad que terminatur vt ad ſtomachum vel ad ſplenem ⁊ ad inteſtina:⁊ ſpecialiter colon propter cauſam que dicetur:habet etiam colligantiã ad membra a quibus oritur.Oritur namq3 a panniculo carnoſo inter dyafragma:⁊ cauſa quare inde oritur eſt:quia ad panniculum illum terminantur due extremitates panniculi ſiphac:que debent inueſtire zirbum:⁊ ſic q2 ibi eſt vena magna ⁊ etiaz eſt arteria a quibus iuxta ſtomachuz oriuntur vene parue:⁊ arterie contexentes zirbum.Tertio ibi eſt miſinteriũ ſepoſuz:a quo orit adeps ſepoſa replens vacuitates illius contexture.que autem ipſius egritudo eſt declaranda per anothomiam patet ex his que dicta ſunt ſupra.

ELeuato aũt zirbo quãtum ad partem:que cooperit inteſtina ⁊ non plus:ne moueas alia membra a ſuo loco ſtatim tibi apparent inteſtina.Circa que primo notabis poſitionem ⁊ numerum:fuerũt enim plura inuoluta ⁊ reuoluta:⁊ non fuerunt vnum inteſtinũ rectũ propter duo.

Primum

UVA. BHSC. IyR_173_2

Primum ꝙ dato in quibuſdam brutis tantū ſit vnum in
teſtinum rectum vel recte procedens. In homine autē ⁊
in alijs aialibus perfectis fuerunt renoluta: vt diu cibuꝫ
contineretur in ſtomacho ⁊ in inteſtinis: qr ſi non contine
retur oporteret ꝙ animal eſſet in cōtinua aſſumptione ci
bi ⁊ in continua aſſellatione. Et continuatio illa impedi
ret occupationem in alijs perfectioribus operationibꝰ.
Secūda cauſa fuit quia ſi inteſtinū fuiſſet totum vnum
rectum non quelibet pars cibi fuiſſet contracta a ſuperfi
cie inteſtini: ⁊ iō nō exiccaſſet totū inteſtinū totam humi
ditatem contentam in cibo. vt igitur nihil remaneat d̄ ci
bo intactum ab inteſtinis: ⁊ vt tota humiditas exiccaret
ordinauit natura ipſa eſſe inuoluta: ex hoc ſtatim appet
ꝙ ſunt plura numero: quia ſex tria ſubtilia: ⁊ tria groſſa.
Incipiamus ergo ab vltimo qđ vocat rectum vel longū:
cuius extremitas eſt orificium quod vocutur anus. Sꝫ
vt anothomia aliorū nō deſtruat ligare oportet inteſtinū
iſtud circa mediū eius in duabus partibus ⁊ in medio
ligature incidere: ⁊ inferiorem partem dimittere ⁊ cum
ſuperiori aſcendere ſcarnando. ¶ Et nota circa iſtđ inte
ſtinum multitudinem venarum meſeraicarum que veni
unt ad ſugendum ſi aliquid eſt de humiditate in chilo vl̓
de ſuperfluitatem remanſit. ⁊ iſtud inteſtinum iuxta ylia
finit vbi incipit inteſtinum colon. Et dicitur colon. qr plu
ra cola habet vel cauernoſitates vel cellulas vl̓ cameraꝫ
in quibus ſtercus figuram accipit: ⁊ in ipſo retinet pro
pter has cellulas. Circa quod inteſtinum debes conſide
rare locum: quia multum circa ſiniſtrum renem inuolui
tur hec eſt cauſa quare eius dolor ex parte loci non diſti
guitur a dolore renali. Poſtea vero aſcendens ⁊ coope
riens ſplenem incipit circa exteriora declinare verſus p̱
tem dextram ⁊ cooperit ſtomachum: ⁊ propter cooper
turam quam facit ſupra ſtomachū accidit: ꝙ quādo ſup
fluitates deſcendunt ex hoc inteſtino ꝙ ſtomachus ei cō
patiatur ⁊ dolor ⁊ rugitus tunc temporis apparet circa
ſtomachum: ⁊ tunc ſtatim homo appetit aſſellare: ⁊ aſſel
lat. Quod non contingeret ſi in ſtomacho eſſent humidi
tates que facerent hunc rugitum ⁊ dolorem ⁊ ex hoc pꝫ
ꝙ accidit his qui purgantur ꝙ ſincopis eis accidit qn̄
appetunt aſſellare. Uel humores in inteſtino hoc conti
nentur qui debent euacuari: quia tunc illi humores in in
teſtino illo exiſtentes alterant ſtomachum: ⁊ os eius: ⁊
ex alteratione oriꝫ ſtomachi ſequit ſincopiꝫ. ¶ Sed dubi
tat aliquis rationabiliter de loco huius inteſtini cum ſit
de groſſis deberet eſſe inferius: ⁊ non ſupra alia cuius
oppoſitum apparet. Dicendum ꝙ iſtud inteſtinum fuit
locatum ſuperius iuxta ſtomachuꝫ propter tria. Primū
ꝙ iſtud ignobilius eſt omnibus gracilibus: ⁊ ideo ſub
mirach inter omnia gracilia debuit eſſe poſitum exteriꝰ.
Secundum ꝙ iſtud inteſtinum continet feces: ⁊ aliquan
do indurantur. ⁊ de ſe priuata ſunt omni humiditate ⁊
caliditate naturali: vt a membris viciniꝫ adiuuaretur: or
dinauit natura vt immediate locaretur ſupra ſtomachū
vt cooperietur a girbo. a quo ⁊ ſtomachus cooperitur:
quia ⁊ zirbus ipſum humectat ⁊ calefacit. ⁊ propterea
apparet ꝙ non eſt aliud intentum cum quo alligatus ſit
zirbus ſicut cum colon. Tertia cauſa huius locationis ē
qr iſtud inteſtinum proprie eſt factum ad continendum ⁊
expellendum feces: ſed magis ad expellendum. ⁊ ideo in
ter alia inteſtina ad ipſum proprie debuit peruenire cole
ra que habet expulſiua ſtimulare modo per hoc ꝙ ſic lo
catum eſt colera ad ipſius ſubſtantiam peruenit preter il
lam que ad concauitatem inteſtinorum peruenit. Naꝫ ſu
pra ipſum in parte dextra exiſtit pennula epatis in qua
exiſtit chiſtis fellis cuꝫ quo alligatur: ⁊ hoc apparet ad
ſenſum. Et propterea tale inteſtinuꝫ in tali loco apparet
citrinum: ⁊ amarū in guſtu ⁊ nigruꝫ. ¶ Et nota circa hoc
mirabilem operationem nature. Ad illud quod obijcitur
ſoluitur ꝙ inteſtina non iudicantur ſuperiora ratione lo
ci: ſed ratione colligantie quam habet cum ſtomacho vl̓
fundo ſtomachi: modo inteſtina gracilia ratione colligan
tie ad fundum ſtomachi ſunt ſuperiora alijs: ⁊ ex loco
iſtius ſuperioris inteſtini apparet cauſa quare in dolore
colico augetur dolor tempore aſſumptionis cibi: qr tūc
iſtud inteſtinum comprimitur a cibo: ſed tempore famis
non. Sed intenditur dolor renalis ⁊ hoc eſt vnū ex ſignis
diſtinctiuis inter vnum dolorem ⁊ alium: ⁊ ex loco ⁊ col
ligantia dicti inteſtini apparent nobis duo. vnum vtile
in cognitione: aliud in operatione ⁊ cognitione. qr quādo
fit colica paſſio incipit in parte ſiniſtra: ⁊ i illa magis mo
leſtat: tunc quia inteſtinum illud frigidius eſt illic cuꝫ nō
tangitur a chiſti fellis. Secundo quia in maiori quanti
tate eſt locatum circa renē ſilueſtrum: ⁊ eſt ſtrictiuꝫ: tamē
illa colica que ſit in parte ſiniſtra non tam diu moleſtat:
tum quia ſit a cauſis facilioribus. tum quia eſt cauſa eiꝰ
in loco viciniori ad expulſionem. ¶ Et nota hoc qr p̱ ex
perientiam vidi multotiens. Quantum ad opus vero
cōfert. Primo quia in colica ea que adminiſtrātur ad ex
tra debent magis applicari ⁊ approximari circa ypocū
drium dextrum qꝫ ſiniſtrum licet vtrobiqꝫ conferat. Se
cundo quia quando fit cliſtere melius eſt vt corpus de
clinet verſus dextrum: vt inteſtinum colon non compri
matur ab alijs: poſtea iniecto cliſteri quando voluntas
eſt vt egrediatur cliſteri vertat ſe ſtatim ſuper latus ſini
ſtrum: ⁊ poſtea paulatiue ſuper dextruꝫ ſicut in expulſio
ne que debet fieri per poſitionem adminiſtratam per ſu
periorem partem: econtra quando incipit mouere hoc ē
de loco ⁊ colligantia eius. Subſtantiam vero eius conſi
deres groſſam ⁊ ſolidam propter ventoſitatem generatā
in eo: multo tempore continet que in eo fortiſſimuꝫ inter
dum generat dolorem que cuꝫ fiat in ſubſtantia groſſa ⁊
ſolida apparet ac ſi inteſtinuꝫ terebello perforetur. Et ēt
in hoc ſimilatur dolor huius dolori renali. Quarto conſi
derare debes figuram eius ⁊ formam que apparet ex di
ctis. celluloſum enim eſt inteſtinum ⁊ in cellulis iſtis qr
via ⁊ tranſitus multis obliquatur ſuperfluitatibus: ⁊ fit
cauſa more ſuperfluitatum que in eo figuram recipiunt
ad modum illarum cellularum: ⁊ ideo ſtercus figuram
habet quam ſcis figura maxime apparet in ſtercore de
ſiccato: ⁊ retento. ⁊ in febribus ⁊ in alijs egritudinibus in
quibus eijciuntur ſquibale: ⁊ humores flegmatici retinē
tur: ⁊ ſunt materia concurbitini: nam in concauitate cel
lularum. ⁊ humor flegmaticus melancolicus: qui eſt ſuf
ficiens materia generationis vermium ſi inter duam cel
lulam ⁊ aliam continetur paucus humor qui non ſit ſuffi
ciens ad generationem panniculum continuitateꝫ vnum
vermē generat in vna cellula cum alio in alia cellula ge
nerato. Operatio iuuamentum ⁊ egritudo ipſius ex pre
dictis patet. Hoc autem inteſtinum eſt continuatum par
te ſuperiori cum monoculo ſiue ceco quod dicitur mo
noculus non quia niſi vnum habeat orificium: per quod
attrahitur ad ipſum ⁊ per ipſum expellit. quia hoc im
poſſibile. ſed habet duo orificia. vnum per quod attrahit
alterum per quod expellit. Iſtud autem per quod expel
lit non eſt ſicut in alijs oppoſite locatum contra primum
ſed ambo locata ſunt iuxta ſe inuicem ⁊ infra hec orificia
pendet lacuna huius inteſtini ad modum ſacci. ⁊ iō alio
nomine vocatur ſaccus. ⁊ ſic apparet eius figura. ⁊ colli
gantia. ⁊ locus etiam quia locatum eſt in latere dextro
ſupra ⁊ iuxta terminum anche ſiue ſcie. ⁊ infra renuꝫ de
xtrum. Subſtantia eius eſt eadem cum ſubſtantia colon
egritudinem etiam patitur ſimilem. Iuuamentum eſt
vt pars ſucci que venit ad ipſum in eo retineatur. ⁊
reuoluatur ⁊ vt reuerberet vel deſcenſum prohibeat
ſitum ipſius ſucci ab inteſtinis ſuperius. ⁊ iſta inte
ſtina ſuperiora ſunt gracilia ⁊ ſunt tria. Nam huic
inteſtino

UVA. BHSC. IyR_173_2

inteſtino cõtinuať inteſtinũ yleon qđ circa ylia locationẽ
habet ⁊ ſitum ⁊ reuolutionẽ:⁊ in iſto fit yliaca paſſio in q̃
eſt dolor vehemenꝫ circa ylia:⁊ ſic apparet locus: colligã
tia:paſſio:⁊ dolor. Subſtantia eius eſt ſubtilior:⁊ iõ gra-
cile vocatur ſicut propter primã cãm vocať yleon. Eius
iuuamentum eſt:qꝛ factũ eſt vt contineat ſuccũ: vt qđ vti
le eſt poſſit exſugari:ideo multum inuolutum eſt:⁊ ad ip-
ſam proueniunt plures vene meſeraice q̃ ad aliquod ali
ud inteſtinum:⁊ ab eis ⁊ a miſcenterio debes ipſuꝫ excar
nare.⁊ qñ ad partẽ eius ſuperiorẽ iuxta ſtomachum per
ueniſti:tunc inuenies ꝙ circa partẽ ſiniſtrã ad ſpondiles
declinet ⁊ valde eſt incarnatuꝫ cũ miſenterio:⁊ iõ cũ cau-
tela incide ne frãgas aliqđ:⁊ poſt inciſionẽ inueniẽs ieiu
niũ inteſtinũ qđ taliter vocať:qꝛ vt plurimũ inueniť vacu
um in bene diſpoſitiꝭ. Et cã ſue vacuitatis eſt duplex.ſ.re
ctitudo eius:nam eſt rectum ſicut inteſtinum vltimũ. Se
cunda cauſa eſt multitudo colere pure que peruenit ad
inteſtinũ hic:vt chiſti fellis per canalem qui continuatur
cum inteſtino duodeno cum quo iſtud immediate conti-
nuatur. Et diciť iſtud primum inteſtinum ⁊ vocatur duo
denũ:qꝛ eius longitudo vt in pluribus eſt duodecim di-
gitorũ ad qđ inteſtinũ canalis quidẽ a chiſti fellis perue
nit:⁊ ideo caue qñ excarnas ne iſtud canale incidas: ſed
incide inteſtinum duodenum bene inferius ⁊ liga: ⁊ tũc
incipiendo ſicut incipiunt auctores habes ſex inteſtina.
Primũ eſt duodenum. Secundo ieiuniũ. Tertiũ yleon:⁊
iſta ſunt gracilia:⁊ ſuperiora. Quartum monoculum ſeu
cecum. Quintum colon. Sexto rectum. Hec enim omnia
inteſtina videbis eſſe inuoluta continuata alligata dorſo
ſicut alligata ſunt omnia viſcera per quoddã membrum
quod vocať eucharus vel meſenterium a meſeraiciꝭ que
in ipſo ſunt diſperſe. Et vulgares Bononiẽſes vocãt ip-
ſum interiglio.i.interiora tenens.

¶De miſenterio vel alio nomine eucharo.

Iſtud membrum ſm̃ auctores ſubſtantiã hꝫ
compoſitam ex venis cordis panniculis liga
mentis:vt predicta membra poſſit ligare ex
ſubſtantia ſepoſa ⁊ pingui:vt dura membra
quales ſunt ſpondiles cum mollibus: qualia
ſunt inteſtina ⁊ alia viſcera ſine medio non coniungantur
vt molle a duro non patiatur:reliquas autẽ vacuitates
que ſunt in hoc replent ſubſtantie glãdoſe:que multe ſũt
in hoc membro:⁊ hoc eſt vnũ iuuamentum carniũ glan-
doſarũ:que in hoc. Aliud iuuamẽtum eſt vt ſuſtentat ve-
nas meſeraicaꝭ que in hoc ſunt diſperſe ſicut nõ eſt longi
quũ ꝙ iſte carnes ſint facte ad generandum humiditatẽ
qua inteſtina ⁊ fex interdũ humectarent: vt lubricet cito
ab inteſtinis:⁊ iõ videmus ꝙ ſtercus liquidũ emittitur
dato ꝙ cibaria ſumantur dura. maxima tñ pars glando
ſe carniꝭ eſt in parte ſuperiori groſſa in qua frequẽter cõ
gregať propter propinquitatẽ ad plenẽ melancolia ex q̃
cauſatur melancolia mirachia. Hoc facto eleua miſinteri
um vel dimitte donec feceris anothomiã venaruꝫ q̃ pro-
ueniunt ad ſtomachũ ⁊ ad ſplenẽ:ad quam videndam ⁊
aliorum membrorum infra ſtomachum cum canula per
portanariuꝫ ⁊ liga fortiter:⁊ abſcinde inteſtina. Et fac an
te inciſionem infra locum ad queꝫ peruenit canalis a chi
ſti fellis ad inteſtina.

¶De ſtomacho.

Viſo de inteſtinis procedas ⁊ videas tertium
membrum.puta ſtomachum: de quo debes
videre illa ſex.que de aliiꝭ. Primo locum per
notabis eiuſ:⁊ circa locũ nota primo vbi ei⁹.
Secundo ſitum vbi eius eſt:qꝛ cum ſit cella
cibi ſtomachus.vt dicit Gal.quinto de iuuamentis ſto-
machi:⁊ caplo ſcđo.⁊ ibi habeť totũ qđ diceť de ſtoma-
cho. Et dictũ eſt de inteſtinis:⁊ habeť ab Aliabate tertio
ſue theorice diſpoſitionis regalis capitulo.xx. Eſt ergo
locus eius in medio ſuperioris ⁊ inferioris:dextri ⁊ ſini
ſtri:anterioris ⁊ poſterioris:ſed tu hic dubitabis quare
ſtomachus non fuit poſitus iuxta os. Dico ꝙ cauſa fuit
duplex. Una eſt quia iuxta os deberent eſſe membra an-
helitus propter attractionem aeris. Secunda qꝛ mẽbra
fecum receptiua debent eſſe continuata cum ſtomacho:
talia aũt infra dyafragmate debent eſſe contenta:⁊ ideo
vides ꝙ ſtomachus ſuperius habet cor mediante dya-
fragmate:inferius miſcenterium ⁊ inteſtina a dextriꝭ hꝫ
epar quo apprehenditur quinqꝫ ſuis pennulis:ſicut ma-
nus que apprehendit ⁊ caput quinqꝫ digitis:⁊ a ſiniſtriꝭ
habet ſplenem:quo caleſit:ratiõe arteriarum eius:a par
te anteriori habet zirbum:a poſteriori muſculos dorſi:⁊
venam magnam:⁊ arteriam que tranſit ſupra dorſum:vt
poſtea videbis.⁊ ideo locus eius eſt in medio:quia eſt ſi
cut cella cibi communis omnibus. Situs autem eius ẽ:
quia licet ſit locatum ſupra dorſum: pars tamen eius ſu
perior declinat verſus ſiniſtrum:inferior vero ad dextrũ.
Et cauſa iſtius ſituationis fuit propter cauſas que dicẽ
tur.nam epar debuit eſſe in latere dextro eleuatum :⁊ cũ
ſit magnum totam concauitatem dextre partis ſuperio-
rem occupauit.ſplenauteꝫ non.⁊ ideo in dextro non po-
tuit pars ſuperior collocari.ſed in ſiniſtro. Pars ergo in
ferior debuit ad partem dextram declinare.qꝛ in parte ſi
niſtra inferiori iuxta renes eſt inteſtinum colon groſſum
multum inuolutum iuſtis inuolutionibuꝭ.⁊ ſibi occupat
magnum locum. Sed in parte iferiori dextra ſunt inteſti
na gracilia ⁊ ſubtilia que paruum ⁊ modicum occupant
locum.⁊ ideo ſtomachus q̃tum ad partem inferiorem
debet declinare ad partem dextram.vt repleat concaui-
tatem ibi exeuntem:⁊ cedat locum colon:⁊ ex hoc appa-
ret primum:quis.ſ.locus ſit eius:ſ.ſtomachi. Sed tu di-
ces quare ſtomachus non fuit locatus directe ſupra ſpõ
diles dorſi. Dico ꝙ cauſa huius poteſt eſſe triplex. Una
que dicta eſt:vt cederet epati in parte dextra:⁊ repleret
vacuitatẽ in parte ſiniſtra. Alia cauſa fuit.quia ſi ſtoma-
chus eſſet directe locatus ſupra dorſuꝫ tunc orificia duo
.ſ.inferius ⁊ ſuperius eſſent directa. Et ideo in homine
cum ſit ſtature recte ſtomachus non bene contineret ci-
bum:ſed deſcenderet ab eo ſtatim:vt ergo hoc non cõtin
gat ſic fuit ſituatus. Tertia cã huius fuit ꝙ quãtũ ad os
eius ſuperius ⁊ partem ſuperiorem debet recipere me-
lancoliam a ſplene que eſt in parte ſiniſtra:⁊ quantum ad
partem inferiorem debet recipere coleram ab epate qđ
eſt in parte dextra. Et ex hoc apparet.ſ.quis ſit locus ei⁹
.ſ.ſtomachi ſm̃ colligantiã:colligantia conſequenter ap-
parebit meliuꝭ:qꝛ colligantiam habet cum ſplene:cũ epa
te ⁊ cũ corde ⁊ cum cecebro:⁊ illud conſequenter declara
bitur:quia apparebit ꝙ cum ſplene habet colligantiam
propter venas que apportant melancoliã ad os ſtoma-
chi:⁊ propter venas que veniũt ad latus ſiniſtrũ ſtoma-
chi ad nutriendũ ſicut cum epate habet colligantiaꝫ rõ-
ne venarum reliquarũ cũ cerebro propter neruũ qui ve-
nit ad os ſtomachi ⁊ expanditur maxime circa partem
ſuperiorem ſtomachi. Cum corde vero habet colligantiã
ratione arterie magne que ſub ipſo eſt. Ex his põt appa
rere tertium.ſcilicet cuius figure ſit:quia eſt figure rotũ
de quia talis figura magis eſt a nocumentis remota.
Item quia omnium aliarum eſt capaciſſima:ſtomachuꝭ
autem multa debet continere:ſed nõ eſt ꝑfecte figure ro-
tunde:ſed arcualis magis:propter cauſam dictam.quia
pars ſuperior eius eſt declinans ad ſiniſtrũ. inferior v̇o
ad dextrum ad modũ cucurbite retorte. vel ſaracenice.
verum omnia que dicentur de ſtomacho melius appa-
rebunt per anothomiam membrorum ſequentium. Pa-
tet etiam quartum.ſ.que ſit quãtitas ſtomachi.qꝛ magn⁹
valde eſt cum interdũ ipſum oportet recipere ⁊ cõtinere
magnam quantitatem cibi.verum quod non eſt ſemper

in magnitudine

UVA. BHSC. IyR_173_2

in magnitudine ſua vltima: ſed equatur magnitudini cõtenti: quia extenſibilis ⁊ corrugabilis. Quinto autem videas partes ⁊ numerum partium eius: partes autẽ eiꝰ ſunt duplices. ſcilicet vniuerſales ⁊ integrales. Quedaꝫ vero quantitatiue ⁊ determinate: prime ſunt due tunice eius. Prima intrinſeca eſt neruoſa. Secunda ⁊ extrinſeca eſt carnoſa: verum eſt ꝙ prima eſt ſpiſſior ſecunda: qꝛ illa primo debet contangere cibum: ⁊ ideo vt non ledetur ab eo debuit eſſe ſpiſſa. Item propter aliud quia ſtomachuſ propter illam tunicam eſt extenſibiliſ: quia requiritur interdum propter multam quantitatem cibi: ſed exterior: licet requiratur propter digeſtionẽ fuit ſubtilior: quia digeſtio ſtomachi iuuatur a membris vicinis circunſtantibus: ſed extenſio ⁊ continentia cibi non. Et iſte tunice nõ ſolum diuerſificantur in ſubſtantia: quantitate: ⁊ loco: ſed ſituatione villorum: quia in prima cum in ipſa ſit appetitus: ⁊ appetitus immediate ordinetur ad attrahendum villi fuerunt ſituati ad attrahendum: tales autem ſunt lõgitudinales: ⁊ ideo in ea ſunt villi longitudinales: ⁊ quia attractioni ſtatim coniungitur retentio: quia omne quod attrahitur: attrahitur vt retineatur: qꝛ attrahiẽ vt in ea membrum voluptuetur. Hinc eſt ꝙ in hac etiam tunica fuerunt poſiti villi tranſuerſales qui deſeruiunt retẽtioi: verum eſt ꝙ illi ſunt locati in parte non interiori illiuſ tunice ſed exteriori. In ſecunda vero cum ipſa ordinetur ad digeſtionem ⁊ digeſtioni ſeruiat: quia ei cõſequitur ⁊ ex conſequenti expulſioni ſubſtantie fuerunt poſiti villi latitudinales. ⁊ ex hoc apparet quare intrinſeca tunica fuit neruoſa ⁊ carnoſa: non fuit intrinſeca propter villos longitudinales qui debent eſſe in tunica intrinſeca que eſt, vel debet eſſe principium appetitus. Item alia cauſa eſt quia intrinſeca ordinata eſt ad ſentiendum: extrinſeca ad dirigendum ⁊ ad alterandum. Nunc autem ſenſatio melior ſit quando ſenſibili immediate occurit ſenſus vel mẽbrum ſentiens: alteratio vero poteſt fieri per medium ⁊ digeſtio: ⁊ hoc eſt quod expreſſe ponit Auicen. capitulo de membris. primo cañ. fen. prima. Et natura quidem intrinſecam tunicam. ſ. ſtomachi fecit neruoſam: extrinſecã vero carnoſam: poteſt nanqꝫ digerentis operatio ad id quod digeſtũ eſt in potentia ſine occurſu prouenire: ſentiens vero id quod ſentitur non poteſt ſentire niſi obuiãdo ei ſenſus. ſ. tactus. Alie vero ſunt partes eius quantitatiue ⁊ determinate: vt pars ſuperior ⁊ orificium eiuſ inferius quod dicitur portanariuꝫ. pars eius ſuperior ꝓm naturam anguſtior parte inferiori: quia in inferiori debꝫ fieri digeſtio ⁊ cibus debet contineri. in ſuperiori non. Orificia tamen harum partium conueniunt ⁊ differunt. Conueniunt quia ambo poſita ſunt a lateribus: ⁊ nõ ſũt poſita vel facta in vltima eminentia partis inferioris ⁊ ſuperioris: ſed pars inferior deſcendit magis quam portanarium vel pillereon: vt cibus non deſcendat: ſed contineat in ea vt in burſa quadaꝫ ſicut ſuperior ſupereminet ori ſtomachi: vt quando ſtomacho repleto homo inclinaretur: non reaſcendat cibus ad meri ⁊ oſ: ⁊ ſpecialiter qñ multum repletur ſtomachus. Ex hoc poteſt videre: quare ex ſuperflua quantitate cibi dyafragma comprimitur ⁊ cibus non egreditur. Item cõueniũt qꝛ ambo orificia ſunt in ſtomacho in loco in quo continuatur vel alligaẽ dorſo: nam os ſtomachi eſt recte in principio ſue alligationis dorſo alligatum: ⁊ propterea alligatum eſt os ſtomachi ad ſpondileſ: vbi finitur ⁊ terminatur dyafragma ⁊ iſta eſt tertiadecima eo qꝛ in duodecima ẽ coſta vltima mendoſa ad quam determinatur dyafragma. Et ex hoc apparet tibi: ꝙ qñ vis exterius alterare confortare vl' aliter operari circa os ſtomachi ꝙ optimuꝫ eſt in dorſo circa. xij. ⁊. xiij. ſpondileꝫ hoc facere: ⁊ ſpecialiter qñ ꝓdicta impugnãtur ab epate: ⁊ ſplene. dummodo arteria adorti non impediat que in dorſo eſt. Sequentibus autem ſpõdilibus que vocantur ſpondiles renum alligatur ſtomachus vſqꝫ ad portanarium: tunc vero alia pars inferior a ſpondilibus obliquatur verſus ſiniſtrã: ⁊ ideo cõueniunt illa duo orificia. Differunt etiam quia ſuperius orificium quod vocatur os ſtomachi eſt magis latum ꝙ inferius portanarium. Et hoc fuit: quia per hos ſtomachi aliquando cibus groſſe ſubſtantie ⁊ dure debet deſcendere ⁊ indigeſtus. Et ideo os ſtomachi debuit eſſe latuꝫ. Sed per orificium inferius tantum res ſubtiliata ⁊ digeſta debet egredi: ⁊ ideo non fuit ita latum ⁊ hoc de partibus eius. ¶ Ex quibus apparet ſextum: ꝙ debet inquiri de ſtomacho. ſ. que ſit eius ſubſtãtia: quia apparet ꝙ cũ neruoſa tunica ſit maior in eo ꝙ ſubſtantie neruoſe ſit a dominio. Ex hoc apparet que ſit complexio eius: quia frigida ⁊ ſicca. Apparet que operatio vel iuuamentum: quia duplex: vnum ad appetendum cibum pro toto per tunicam intrinſecam: alterum ad preparandum cibum ad nutrimentum totius ⁊ hoc per tunicam extrinſecam carnoſam ⁊ membra coadiuuantia. Et ex his potes videre ꝙ poteſt pati egritudines omnium generum quibus poſſunt compati alia mẽbra omnia principalia: vt epar: cor cerebrum: ⁊ ex conſequenti totum corpuſ. Curatio tñ eorum proprie ex anotbomia non dependet multum ꝙ aliorum. Et hec de ſtomacho.

¶ De ſplene.

Splenis anotbomia perfecte videre non põtes niſi abſcindas coſtas aliquas mẽdoſas ex latere ſiniſtro: quas non perfecte eleues: ſed vt ſufficit operi tuo quibus abſciſis locus ſplenis tibi apparet: quia parieti ſiniſtro ſtomachi adheret quantum ad concauum eius. quantuꝫ vero ad conuexum alligatur dorſo ⁊ ſiphac panniculis ſubtiliſſimis ortis a ſiphac. Apparet ſecundo ꝙ locus eiꝰ non eſt ita in alto ſicut locus epatis: figura eius eſt quadrangularis. quia in homine eſt quaſi ad modum quadrãguli propter figuram ſtomachi: cuius concauitatem circũſtantem in parte ſiniſtra habet ſplen replere. Tertio vide quantitatẽ eius: quia in homine ſatis proportionalibus eſt in quantitate reſpectu aliorum membrorum. Colligãtia vero eius eſt. quia colligantiã habet ad cor epar meſcenterium: zirbũ ⁊ ſtomachum. Colligantiam vero habꝫ ad omnia iſta membra preter cor: per venam que venit a porta epatis ad ſplenẽ que colligantia apparet: naꝫ ſi excarnando procedas videbis ꝙ a vena concaua epatis ꝓuenit vena magna ad ſplenem a qua deſcendit vnus ramus in medio tranſitus eius inferius ad miſcenterium ad ipſum nutriendum: ⁊ portat ſanguinem aquoſioreꝫ ⁊ humidiorem: poſtea quando iſta vena approximat ſpleni: iterum vnus ramus ramificatur ab ea: qui vadit ad nutriendum partem ſiniſtram inferiorem ſtomachi. poſtea vero peruenit ad ſplenem ⁊ concauitatem eius. Et ramificatur in concauitatem ipſius in duos ramos. ſ. inferiorem ⁊ ſuperiorem: deſcendit inferior inferius ad nutriendum zirbum: quantum ad partem ſiniſtram: ſed ſuperior tranſiens per concauitatem ſplenis ramificatur i duos quorũ vnus ꝑuenit ad partem ſuperiorem ſiniſtraꝫ ſtomachi ad nutriendũ ſuperiora. alter vero circa orificium peruenit ſtomachi: ad portandum melancoliã que mulgendo profluit ad os ſtomachi. vt incitet appetitus. Quod vero remanet magis in ſplene ipſum nutrit. Et ex hoc apparet tibi cũ quibus membris alligantiam habꝫ ſplen mediante vena. colligantia autẽ hꝫ cũ corde ꝑ arterias que ad ipſuꝫ veniunt ab arteria adorti que in dorſo eſt infra dyafragma: a quibꝰ arterijs ſtomachus multuſ caleſit in latere ſiniſtro: vel a ſplene rõne iſtarũ arteriarũ: ⁊ hec fuit vena cã quare arterie multe: ⁊ magne veniunt ad ſplenẽ ſicut alia cã fuit. vt calore arteriarum ſanguis groſſus q eſt nutriturus ſplenẽ ſubtilieẽ ⁊ digeraẽ: qꝛ ſplẽ

habet

UVA. BHSC. IyR_173_2

habet ſubſtantiam raram in quam dʒ recipere humoreʒ
groſſum melancolicum. Et ex his apparet tibi quintum
quod debes videre de ſplene. ſ. que ſit eius ſubſtantia: q̃
eſt rara ⁊ ſpongioſa propter quod apparet ſextuʒ ſcilicet
cuius complexionis ſit: qꝛ in comparatione ad cutim ca-
lide ⁊ humide: licet eſſentialiter ſit frigide ⁊ ſicce: propter
nutrimetũ iuuamẽtũ pʒ. Et ex his tibi appet ꝙ cũ recipi
at humorem melancolicum ⁊ contineat groſſum ⁊ inep-
tim euacuationi quod frequenter repletur oppillatur ⁊
apoſtematur: ⁊ reſoluentia fortia tunc multum reſoluunt
ſubſtantiam eius ſi ſint fortiora dato ꝙ ratione humorũ
competant. Et hec de ſplene.

¶ De epate.

Epar manifeſte vides eſſe locatum in dextro
latere amplectens ſtomachum ſuperius ele-
uatum valde: ⁊ non decipiat te ꝙ in animali
mortuo multum locatur ſub coſtis: quia nõ
eſt ſic: cum ſit ſub dyafragmate ⁊ dyafragma
extremis coſtarum coniungitur. ſed hoc euenit qꝛ mem-
bra ſpiritualia multum euanuerunt: ⁊ ideo vacuitatem
eorum replet epar: comprimendo dyafragma: ⁊ ideo de-
bes trahere inferius ⁊ animal ſiue corpus eleuare. Et cõ
ſidera ſcđo quantitatem eius maximam in homine: cuʒ
ſit animal calidum ⁊ humidum. Tertio reſpicias partes
eius quarum quedam ſunt intrinſece integrales: quedaʒ
vero extrinſece magis: intrinſece. integrales ſunt quinqꝫ
pennule eius licet in homine non ſemp ſint abinuicẽ ſe-
parate: ⁊ quelibet illarum pennularum eſt compoſita ex
venis diuiſis ⁊ diſperſis per eas in modum retis cuius
retis vacuitates replete ſũt carne: que eſt proprie ſubſtã
tia epatis: que eſt ſanguis coagulatus: ⁊ in his venis cõ
tinetur chilus: qui diuiſus eſt ad minima ſm minima al
teratᷣ ⁊ cõtãgitᷣ ab epate: ⁊ iõ ſit vt q̃ſi totũ epar cõtangat
chiluʒ: ⁊ hoc ordinauit natura vt melior fieret ⁊ pfectior
conuerſio chili in ſanguinem: quia alteratio que ſit ſʒ mi
nima melior ſiue perfectior eſt. Sed tu diceʒ quare nã nõ
ſic ordinauit in ſtomacho: ſed in ſtomacho poſuit conca
uitatem vnam. Dico ꝙ hoc fecit quia in ſtomacho non
debet fieri perfecta digeſtio: ſicut in epate. Item qꝛ in ſto
macho aſſumuntur cibaria groſſe ſubſtantie que nõ poſ
ſent per ſtrictiſſimas vias penetrare: ſed ad epar ſubſtã
tia tantum liquida dicitur peruenire ⁊ penetrare. Et iſta
decoctio: ⁊ ſi fiat in toto epate magis tamen ſit in parte
ſuperiori. ¶ Et propterea pars illa ſolidior eſt ⁊ magis
compacta. ¶ Partes eius extrinſece ſunt partes eius q
bus mediantibus habet cum alijs colligantiam: nam cũ
corde habet colligantiam per venam chilis que oritur a
gibboſa parte epatis: ⁊ p arterias: vt videbis in anotho-
mia cordis ⁊ vene chilis: habet colligantiam ad dyafrag
ma cui ſuſpenditur: ⁊ ad ſpondiles ſiue dorſuʒ cui alliga
tur per pannicalum eius. Panniculus autem eius ẽ du-
plex ſcilicet cooperiens circũuoluens. ⁊ ſuſpendens. Pri-
mus eſt ſubſtantiam ſuam velans. ¶ Secũdus eſt ſuſpẽ
dens ipſum ad dyafragma ſuperius. Ex primo patitur
dolorem extenſiuum. Ex quo patitur quandoqꝫ dolorem
extenſiuum: per ſecundum patitur dolorem aggregatiuũ
a materia aggrauante. Quedam vero ſunt partes q̃ ſũt
orte ab eo: ⁊ iſte ſunt duplices vene ⁊ canalis chiſtis fel-
